Contraria huic dictio eſt Innerhalb / *intra*: quæ dictiones Innerhalb vnd Auſſerhalb / *intra* & *extra*, ſibi ex diametro aduerſantur, *vt patet ex d.l.1.§ fine autem.de aq.quot.& aſtiu.gloſſ.in l. ſi fines.in fin.C.de euiction.Tiraq.de retraict.lignag.§.1.gl.11.n.72.Meichſ. tom.2.deciſ.Cam.par.2.dec.2.n.19.fol.134.*

Außträg.

In Imperio Romano Germanico hodie certus modus eligendi & habendi Iudices primæ Inſtantiæ, der Außträg / deſcriptus eſt, ad cognoſcendum de litibus motis inter Electores, Duces, & Principes, vel ſi hi conuenire velint Prælatos, Comites, Barones, aut Nobiles, immediate Imperio ſubiectos, aut viciſsim hi vel Ciuitates, ciues, ruſtici, conuenire velint Electores, Duces vel Principes: denique ſi ipſi Prælati, Comites, Barones, Nobiles vel Ciuitates Imperiales ſe mutuo conueniant, qua de re vide Cammergerichtsordnung *part.2.tit.2.3.4.& 5.* (ac licet Ciuitates Imperiales ſtatim in Camera conueniantur, ſunt tamen quædam, quæ peculiaribus gaudent auſtregis, ſonderbare Außträg / als Straßburg / Memmingen / Wormbs / Nürnberg / ꝛc. *Gail.1. obſ.1.n.20 Petr.Frider.Mindan.de proceſſ.extrah.lib.1.c.19.nu.10.* Diſſentit Fichard.*conſil.129.q.3.par.2.* qui Principes etiam Ciuitatem Imperialem iuxta auſtregas conuenire poſſe putat. &c.) Atque hi modi ſunt conſtituendi iudicii, qui paſsim deß Heyligen Römiſchen Reichs Außträg / vel *prima Inſtantia* nominantur. Sed hæ Conſtitutiones, vtpote generales non porriguntur ad feuda, nec ad perſonas & cauſas, quæ peculiari aliquo priuilegio gaudent, die jhre ſonderliche gewillkürte rechtliche Außträge gegen einander haben. *Ordin.Cam.d.tit.2.in pr.& d.p.2.tit.6.§.* Doch einen jeden / ꝛc. *Schrad.de feu.part.10.ſect.5.n.46.& ſeq.*

De controuerſiis autem motis ratione Ducatuum, Principatuum, & Comitatuum, die von dem Heyligen Römiſchen Reich ohne Mittel (vt recte interpretatur *Schrader.d.p.10.ſect.5.n.89.*) zu Lehen gehen / ſolus Imperator vel Rex Romanorum cognoſcit.

gnoſcit. *Ord. Cameræ d. p. 2. tit. 7.* vide *Geil. 1. obſ. 29. Schrad. d. p. 10. c. 2. n. 66. & c. 3. n 175.*

De controuerſiis Imperatori ipſi motis, ex Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris, ſub Rubrica, Vom Rechten deß Pfaltzgraffen/ Elector Palatinus (in aula ſiue Curia Imperiali, vbi Imperator præſens eſſe debet) cognoſcere debet: quod à Caroli Magni tempore conſuetudine introductum autumat *Vult. in l. 1. n. 4. C. vbi Senatores vel clariſſ. ciu. & crim. conuen.* quod non admittitur in criminalibus, ſed tantum ſi Imperator conueniatur de cauſis pecuniariis ſeu ciuilibus. Si enim criminum ſiue flagitiorum, vel male adminiſtrati Imperii arguatur Imperator, Electores Imperii, & non Palatinus ſolus cognoſcit, vt ex ſententia exauctorationis & priuationis Wenceslai Imperatoris ab Electoribus latæ, Anno Chriſti 1400. conſtat. Neque hoc in feudalibus admittit *Schrad. d. p. 10. ſect. 5. n. 40. & multis ſeqq.* & vide *d. lo. Vulteium.*

Id vero, quod de priuilegio primæ inſtantiæ vigore Ordinationis, Vermög der Außträge/ dictum eſt, locum non habet, ſi Ordinationi reus non ſatisfecerit: vel etiam ſi bannitus ſit. Tum enim ſtatim, vt in prima inſtantia apud Iudicem ordinarium vel in Camera poteſt conueniri. *Vult. d. l. 1. Mynſing. cent. 1. obſ. 90. & 91. & Geil. lib. 1. obſeru. 1. num. 35. & ſeq. Schuuannem. libr. 1. proceſſus Camer. cap. 2. & ſeqq.*

B.

Bann.

BAnn/ vide *ſupra lit. A. verb.* Acht. & *infra lit. W. verb.* Wildbann. & *Geil. lib. 2. de pace public. c. 1. in princip.* vbi ait, bannum non Latinum, ſed barbarum eſſe vocabulum. Latine vero bannum proſcriptio eſt, & banniti dicuntur proſcripti, autore Budæo.

De Etymologia & origine banni variæ extant opiniones,

Albericus

Digitized by Google

Albericus *in dictionario ſuo*, & Nellus *in tractatu de bannitis, in par. 1. q. 3. tom. 2.* & qui eos ſequuntur, exiſtimant, banni vocabulum à banderia, ſiue à Vandalico verbo *banner*, quod vexillum etiam Germanice ſignificat, deriuatum eſſe. Vandali enim ſeriis actionibus & rebus vexilli ceremoniam adhibere conſueuerunt. Sed Cuiacius antiquitatis diligens & acutiſſimus indagator, in Commentariis ſuis de feudis, in præfatione, ſcribit, antiquitus bannum fuiſſe generale nomen, quo ſignificabatur edictum ſiue citatio, (cuius indagationis fortaſſe ex patria ſua lingua cauſam ſumpſit. Gallis enim *ban*, & Italis *bando*, idem ſignificat, quod præconium, ſeu proclamatio per præconem: *banditore*, h. e. præco.) Heribannum ein Heerbann/ ſpeciale nomen, nempe citatio ad edictum. Nam vaſalli ſolent citari, vt ad Comitatum equis & armis inſtructi venirent: vtrobique nomine ſignificari etiam pœnam, edicto non obtemperantis. *Vaſallorum* (inquit) *conditio hac eſt, vt cum delectus edicitur, in militiam eant, vel vicarium mittant, vel certum penſum domini ærario inferunt, quod heribannum ſeu haribannum dicitur, à Germanorum antiqua voce* Heer / *qua ſignificatur exercitus.* Idque ex Legibus Longobardorum, aliisq; antiquis Scriptoribus comprobat.

In Conſtitutione Friderici Imperatoris, *ſub titul. de ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſ. editis in vſib. feudor. in pr.* fit mentio de banno mille marcarum.

Itali eos etiam, qui ob delictum in exilium mittuntur, bannitos vocant, Sbandeggiare, bandire, proſcribere, sbandito, vel bandito, relegatus, proſcriptus, Banditen vulgo. Vide etiam *Alciat. lib. 2. parerg. c. 2.*

Sed Germaniam quod attinet, bannum deriuari poſſe videtur à Germanico vocabulo Bann/ quod viam publicam, ſiue territorium ſignificat, ein gebanter Weg/ gute Ban/ ꝛc. Hinc banniti, Banditen/ Echter/ dici videntur, quod amittãt bannum Imperii, hoc eſt, territorium & viam publicam, ſiue regiam, id eſt, libertatem & rerum communium æqualem omnibus conceſſum vſum, daß ſie deß Heyligen Reichs Bann vnd Straſſen nit

gebrauchen dörffen/ h. e. quod territorio & via publica Imperii, quæ omnibus communis eſſe debet, vti nequeant, quia proſcriptorum loco habentur, & ab omnibus impune offendi poſſunt.

Interdum vocabulum Bann apud Germanos ſignificat annotationem, die Acht. quo de *ſupra lit. A. in verbo* Acht vnnd Bann.

Interdum Bann idem eſt quod iudicium ſanguinis ſiue criminale, vulgo der Blutbann/ Halßgericht. Vnde ſanguinis ſiue criminali iudicio condemnatus, non incpte etiam bannitus dici poſſet: quod etiam moribus Italorum receptum eſt.

Fit & mentio banni in Iure Canonico, *in c. felicis. de pœnis. in 6.* & illo iure banna dicuntur etiam tripæ illæ proclamationes, ſiue denunciationes futuri matrimonii, vulgo auffbieten / außruffen/ proclamiren/ ꝛc. quæ in Eccleſiis ex ſuggeſtu eduntur, & ſine quibus matrimonia clandeſtina dicuntur, *cap. cum in tua. de ſponſalibus. cap. fin. qui matrimon. accuſ. poſſ. & c. final. de clandeſt. deſponſat.*

Quo in ſignificatu iterum præconium ſiue proclamationem denotat, vt ſupra ex Gallica lingua dictum, Ban (Gallis) c'eſt cry publique à voix ou ſon de trompe. Et tant les criees faictes des biens vacans dans les fiefs d'aucun ſeigneur, que les publications faictes au proſne de l' Egliſe d'un futur mariage, ſont par meſme raiſon appellees *Bans*, h. e. denunciationes bonorum vacantium, vel futuri matrimonii.

Vſitatiſſime autem & plerumque verbum Bann proſcriptionem ſignificat, quod & ſupra tetigi. Bannire enim eſt aqua & igne interdicere, einen in die Acht vnd Bann thun/ einem Waſſer vnd Weyd verbieten/ oder von Gemeinſchafft vnd Brauch Waſſers vnd Fewers bannen. Vide etiam *Geil. dict. cap. 1. lib. 2. nu. 16. de pac. publ.*

Banck.

Quomodo Ciuitates Imperiales diuidantur in duo latera vel.

vel ſcamna, in die Rheiniſche vnd Schwäbiſche Banck / vide *infra lit. R. in verb.* Reichsſtätt. *circa finem.*

Banchum iudiciale à practicis etiam vſurpatur pro Iudicio, vel loco Iudicii, Richterſtül.

Banwein.

O'im Principes & domini pagorum iùs habuere vff Kirchmeſſen oder Kirchweyen / in encænus ruſticorum, den Wein / Bier vnd Getranck fürzulegen vnd außzuſchencken. quod & hodie quibusdam in locis obſeruatur. Quod ius non paucis in locis per conuentionem remiſſum eſt pagis & villis, hac tamen limitatione, vt quotannis pro eo certam pecuniæ ſummam perſoluant, quod Banweingelt / Item Ban- vnd Schenckweingelt dicitur: qua ſoluta, ipſi pagorum Schulteti & communitas vinum & cereuiſiam præbent ac diuendunt. Id quod praxis docet notoria. Vide *inf. lit. K. verb.* Kirchwey.

Baſtartsfälle.

Vide *inf. lit. K. verb.* Königsleuthe.

Baw führen.

Quibus in locis ſubditi tenentur nobilibus zu Bawführen der Rittersitze / & nobilis aliquis plures filios relinquit, qui ſuas nouas domos extruunt, placet ruſticos ad nouas illas domos non teneri operas conuehendi præſtare. *Daniel. Moller. libr. 2. ſemeſtr. c. 32.* niſi maiores ipſorum etiam ad illa loca materiam conuehere ſint ſoliti. *Moller. d. lib. 2. c. 33.* Baw führen (ſo man vermög der Churfürſtlichen Sächſiſchen Landsordnung zu thun ſchuldig / *mihi. fol. 80. B. de anno 1555.*) werden ſo viel die Mühlen belanget / nicht von lauffendem Mühlwerck verſtanden / als Rädern / Mühlſtein / &c. Ita pronunciårunt Lipſenſes *Anno 1588. in cauſa* Altenrod *contra* Niſchwitz. *Lipſenſ. obſ ſcrip. 16.* Denn die Bawführen zu Auffbawung der Erbherrn Rittergüter / von den Vnterthanen zu

 thun

thun vnnd zu leyſten / vnnd nicht zu andern vnnötigen Sachen.

Beede.

Tributa & ordinariæ indictiones, quę poſſeſſoribus ſiue poſſeſſionibus indicuntur, vocantur Beede. *Symphorem. tom. 1. par. 2. n. 7. fol. 44.* Differt autem Beede à Schatzung & Stewer. Nam ſecundum communem loquendi modum ſeparata ſunt hæc tria ac diuerſa.

Beede eſt quiddam ordinarium. Stewer autem generale quid & extraordinarium, idem quod Schatzung / & omne id quod confertur. *Symphorem. tom. 2. p. 2. vot. 15. n. 38. fol. 53.* Vide *inf.* Schatzung. Sunt etiam diſtinctæ ſpecies exactionum, Landsbeede vnd Landsſtewer / Item Meybeede / Herbſtbeede. *Mynſinger. dec. 11. reſponſ. 2. num. 15. & 17.* Vide *infra lit. L. verb.* Landſtewer.

Befehden.

Apud veteres Germanos vſitatiſsimæ erant diffidationes, Befehden / abſagen / abklagen vnd verwahren / Feindsbrieff gefährlich zuſchreiben / apud quos receptum fuit, lites armis finire. *Alciat. lib. 2. c. vlt. & conſ. 132. vol. 5.* quod tamen poſtea eatenus tantum permittebatur, ſi iuſtitiam impetrare quis non poſſet. *Alber. Auſtria in conſtitutione adiuncta ei parti Speculi Saxon. quæ vocatur* Lehenrecht. Vide *Auream Bullam Caroli IV. Imp. tit. de diffidator. & l. ſi alius. §. belliſſime: vbi gl. in verb. ex magno. quod vi aut clam. Alciat. d. conſ. 132. n. 18. vol. 5.*

Quinetiam Fridericus III. Imperator ſub iſta conditione diffidationes *in ſua Reformatione Francofurtenſi Anno 1442. edita*, permiſit, *art.* daß niemand den andern befehde. Cæterum, cum inde omnis generis conſpirationes ac metus ad publicæ tranquillitatis perturbationem ſuſcitarentur, factum eſt, vt à ſucceſſoribus Frid. Maximiliano filio Caroliique abnepote de diffidationibus abrogandis, æquiſſimæ conſtitutiones ſuſciperentur. Quare Maximil. pace publica in Comitiis Wormacenſibus *Anno 1495.* facta, omnes diffidationes, Fehde vnnd Verwahrung

ſuſtulit,

Digitized by Google

ſuſtulit, *ſub art.* Aufffhebung aller Fehde *fol. 24.* Deinde in declaratione deß Landfriedens zu Augſpurg/ *Anno 1500. tit.* Von auffgerichten Landfrieden. Rurſus pace publica in Comitiis Colonienſibus renouata *Ann. 1512.* hat er alles abklagen/abſagen vnnd befehden wider den Landfrieden verbotten. Carolus V. auo ſuccedens in Comitiis Wormac. *Anno 1521.* poſtea quoque Auguſtanis *An. 1548.* ſimiliter diffidationes prohibuit. Denn wer zum andern zu ſprechen vermeynet/der ſoll ſolches thun an den Enden vnnd Gerichten/ da die Sachen hievor vnd jetzo in der Ordnung deß Cammergerichts zu Außträg verthedigt ſeyn/oder künfftiglich werden/oder ordentlich hin gehören/ *vt loquitur ſup. d. Reformat. VVormac. An. 1495.* Tales enim diffidationes cauſam præbent omnis generis conſpirationibus ac conuenticulis. quæ tamen prohibita ſunt: *l. denunciamus. C. de his qui ad Eccleſ. confug. leg. conuenticula. C. de Epiſcop. & Cleric. l. aut facta vi. in princ. de pœn. l. 3. prin. ad l. Iul. de vi publ. c. vl. §. conuenticula. de pace tenend. inter ſubdit.* Landfried de *Anno 1548. art. 10. ibi:* Noch einige verbottene Conſpiration. Ideoque nec immerito diffidationes, Feindsbrieff/Fehde vnd Abklage/ tamquam ſcaturigo omnium iſtorum malorum, eruenda eſt, vt Zizania inter lilia, & morbus à radice curandus, *prout eleganter loquitur Zaſ. in l. ſi mater. §. ſi filius. n. 3. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

Immo hodie publicis Imperii Conſtitutionibus & Statutis Municipalibus diffidatores conciuium ſuorum, etſi ad nullum actum peruenerint, capitali ſupplicio afficiuntur. Peinlich halßgerichtsordnung *Caroli V. Imp. art. 128. Ann. 1530.* Reichsabſchied zu Augſpurg *Anno 1555.* §. Wir ſagen/ꝛc. *fol. 55.* Bamberg. Halßgerichtsordnung *art. 154.* Brandenburg. Halßgerichtsordn. *art. 154. Nouell Elect. Auguſt. p. 4. tit. 14. 15. & 16.*

Nec tantum diffidans: Welcher jemand wider Recht vnnd Billigkeit mutwillig befehdt/wirt mit dem Schwert vom Leben zum Tod gericht et/ *d. art. 128.* P. H. O. Sed & illi, qui literas diffidationum ſcribunt vel concipiunt, vnd ſich die verbottenen ſtrafflichen Fehde vnd Abſagsbrieffe zu ſchreiben gebrauchen laſſen / nit weniger als der Diffidant ſelber nach deß Reichs Ordnung mit vn-

Digitized by Google

nachläßlicher Straffe ſolle angeſehen vnd angehalten werden / h. e. capitaliter puniuntur. Reichsabſchied zu Regenſpurg Anno 1594. §. Dergleichen vnnd dieweil. Welche Straff deren ſo Fehdsbrieff ſchreiben / ex *Nou. Elect. Aug. Saxon.* ad fuſtigationem redacta eſt, Stauppenſchlagen. *d. p. 4. tit. 14.*

An autem diffidationes ſpecies ſint fractæ pacis publicæ, vide Gylman. *tom. 2. Symph par. 2. vot 15.* & Petr. Frid Mindan. *lib. 1. de proceſſ. extrahend. c. 25. n. 5.* vbi ait: hodie ſuper diffidatione, non ſecus, atque aliis fractę pacis ſpeciebus ſupplicari poſſe pro citatione auff dem Landfrieden. Quemadmodum & præter hæc conatus in cauſa fractæ pacis pro ipſo effectu interdum habetur, & in pœnam pecuniariam punitur: Quo de vide *Geil. 1. pacis publicæ c 14.*

Differunt autem diffidationes, Abſagen / Fehde / ꝛc. & minæ, Trauwort. Hæ enim offenſiones quidem intentant, ſed leuiores, ac priuato fere intentantur conditionaliter, als / ich wil mit dir eine Kugel wechſeln / ſo ferrn du dich mit mir nicht vertragen würdeſt. Illæ vero in publicum & contra pacem publicam fiunt, ac bellum & ſeditiones ſpirant, ſimul prouocando, Befehden. Vide *VVeſembec. in § item lex Iulia de vi. n. 4. Inſt. de publ. iudic.* quam diſtinctionem tamen reiicit *Auguſtus Elector d conſtitu. 15. p. 4 Nouellarum ſuarum.* Alias, qui minatur tantum turbationem, nec vltra verba progreditur, potius iniuriarum tenetur, quam de vi. *c. querelam. 34. de elect. VVeſembec. conſil 33. n. 24.* ac poteſt hoc caſu mandatum ſeu cautio de non offendendo peti. *Geil. libr. 1. obſ. 4. Menoch 2. arb. iud. q. 140. Gomez. 3. reſol. 6.* cui ne eluſoria reddatur, Iudex fere pœnam addit. *l. 66. ad Treb. l. 5. Cod. de his qui ad Eccleſ. Menoch. & Gomez dd. locis.* Vocabulum diffidare venire videtur ab antiquo Gallico vocabulo *diffier* ou *deffier*, quod *prouocare* ſignificat. Hinc: *Ie te desfie, ego te prouoco.* Item, *Envoyer desfier, dimicationem & cædem denunciare cuipiam.*

An ſub verbo, Fehde vnd Kriegshandlung / comprehendatur etiam tempus induciarum? Vide *Mynſ. decad. 3. reſponſ. 21. n. 73. & 77.*

Beguine.

Digitized by Google

Beguine.

Beguinæ, ſunt ſorores, quæ nulli certæ & approbatæ regulæ ſunt adſtrictæ. Habent tamen aliquem præſcriptum viuendi modum.

Ita & Profeß thun / de quocunque ordine generaliter dicitur, non tantum, quando regulares profeſsionem faciunt, ſed etiam, quando ſignificare volumus, ab aliqua receptum eſſe habitum beguinalem, ſo wir von Einſchleiffen reden. Et hic modus loquendi eſt attendendus, hæcque communis & generalis vocula. Profeß thun / ſemper interpretanda & extendenda eſt, ſecundum ſubiectam materiam: vt ſi de vera profeſsione loquamur, quam faciunt regulares, & illi, qui ſunt de primo & ſecundo ordine, tunc de ea intelligatur. Sin loquamur de beguinis, & aliis non regularibus, intelligamus per profeſsionem nihil aliud, quam ſuſceptionem habitus. Atque tali caſu pro vno & eodem accipiuntur: Sie hat Profeß gethan / vnnd / ſie iſt eingeſchleifft worden. Mynſing. *dec. 1. reſponſ. 100. n. 44 & ſeq.* vbi & *n. 43.* ait: Beguinatum non eſſe regularem, nec religioſas efficere, & per conſequens nec receptionem beguinalis habitus ſiue profeſſionem talem eſſe, per quam ſe quis ſuaque bona ſubiiciat beguinatui, vel proſſus eximat à ſeculo. Beguinæ enim non ſunt veræ profeſſæ, quales ſunt regulares & religioſæ, quæ veram faciunt profeſsionem.

Videtur autem hoc verbum, *beguine, beguina*, deſcendere à Gallica voce *beguin*, quæ vittam puerilem denotat: vnde *beguiner & embeguiner, vittam induere, &c.*

Behandung.

Magna eſt differentia inter Hoff- & Erb-Pfachtgut / quæ in vno prædio conſiſtere non poſſunt. *Gylm. tom. 5 ſymphorem. fol. 185. n. 6.* quia Hoffgut debet edere fide dignam inueſtituram, quæ vulgo ein Behandung appellari ſolet. *d. loc. n. 7.*

Belch

Belehnung.

Belehnung/ h.e. inueſtitura feudalis ſumitur, primo pro contractu feudali: ſecundo, pro ipſo actu veſtiendi, **Lehensempfängnuß**: Tertio, pro renouatione inueſtituræ. *Raudenſ. reſp.34. num.120. & reſp.34.prin.vol.1. Knich. de pact.inueſtitur.libr.1.capit. 1. num.4.*

Bey Glauben vnd Trawen / bey Fürſtlichen Gräfflichen/Adelichen ꝛc. Ehren vnd Würden/ꝛc.

Promiſſio ſub data fide, **bey Ehren/ Trawen vnd Glauben/** an iuramento æquiparanda ſit, dubitatur? Negat *VVeſembec. in par.de iureiur.n.6.*(qui tamen *conſil.52.n.22.* aliter ſentire videtur) *Faber in §.item ſi quis.n.15.Inſt.de action.* Rationes ſunt: 1.quia proprie iuramentum non eſt, vbi nomen Dei non inuocatur. Iuramentum ſiquidem eſt inuocatio nominis diuini. *Deut.6.v.13.& c.10.v.20.gl.in ſum,cau.22.q.1.* A quo autem remouetur definitio, ab eodem & definitum. *l.4. C.de form.& impetr.* 2. Quia pœna periurii grauior ac durior eſt, quam fidei violatæ. *Specul.tit.de iureiur.n.14.& tit.de arbitr.& arbitrat.n.49.§.2.Alciat.in l.ſi quis maior.41.verb.inuocato.C.de transact.* 3.quia & fidei præſtatione non oritur actio & exceptio, quemadmodum ex iuramento. *Iaſ.in d.l.ſi quis maior.41.n.28.l.actori.C.de reb.cred.d.l.41.vbi Dd.* Ergo fides data & iuramentum in effectu non æquipollent, nec fidei interpoſitio pro iuramento habenda eſt. *Couarru.in c.2.§.2.n.2. de pact.in 6.Faber d.loc.VVeſ.d.loc.*

His tamen non obſtantibus contraria opinio verior eſt, & in praxi recepta, quod nimirum promiſsio ſub fide, **bey Ehren/ guten Glauben/ Trewen vnd wahren Worten/ Item/ bey dem Wort der Warheit**/ (interdum additur: **An Eydsſtatt**) iuramento æquipolleat. *c.ad aures.quod metus cauſa.c.peruenit.de fideiuſſoribus.c.peruenit.de iureiur.Neniz.conſil.78.n.49.Schurf.conſil.37.nu.11.cent.2. & conſ.*

& conſ.53.n.19.cent.3.Euerhard.conſil.176.n.9.Curt.iun.conſil.286.nu. 15. Granet.conſ 241.n.11.VVeſemb. conſ.10. n. 41. & conſ. 15. nu. 88.in f. Tib.Decian.conſ.2.n.113.lib.1.Pet.Roiz.deciſ.Lituan.3.nu.34. Laurent. Kirchou cent.4.com.opin.concl.23 VVeſemb.d.conſ.52.n.22.& conſil.10. n.41.Socin.conſil.125.n.19.vol.4. Teſſaur.deciſ.17.n.11. Surd. deciſ.159. n.20.& 225.n.2.& 234.n.6.Geil.2.obſeru.59.n.6.Burſat.conſil.40.libr. 3.n.51. & ita iam ſuo tempore obſeruari ſolitum ait *Salic.in auth. ſacramenta.C.ſi aduerſ.vend.n.6.& Iaſ.in l.3.§.iurari. nu.3. de iureiur.* quod multo magis procedit, ſi per fidem Chriſtianam promiſſio facta ſit, bey ſeinen Chriſtlichen Trewen vnd wahren Worten/ꝛc. *Mynſ.1.obſ.17.Fachin.lib.1.controu.iur.c.12.Couarr.d lo. Cyn.n.4.Bar. n. 8. Fab. n. 1. in d. auth.ſacramenta.C. ſi aduerſ.vend.* Ac talem fidei promiſsionem maxime ab illuſtribus ac nobilibus perſonis factam, iuramento æquipollere, idemque quod iuramentum, in effectu operari, non modo communiter Doctores allegati tenent, ſed & in praxi ac Imperiali Camera receptum eſt. *Mynſ. d.obſ.17.lib.1.Gail.2.obſ.59.Hartm.Hartm.t.29.de fideiuſſ.obſ.3. Coler. de proceſſ.executiu.p.1.c.10.n.250. & n.289* vbi & hoc in Doctoribus procedere teſtatur *Teſſaur.deciſ.47.n.11.VVeſenb.conſil.23. num.56. Graſſ in lib.commun.opin.q.4.in fin.c.3.Menoch.conſ 201. lib.3 nu.120. Franc.Burſ.conſil.306.lib.3.n.12.Mynſ.deciſ.11.reſp 3.n.30. Meichſn. to. 4.deciſ.Camer.1.n.3. & tom 1. deciſ.12.n. 6.* adeoque iuramentum inducunt, vt nec heredes contrauenire queant. *d n 6.* ſuntque inſtar iuramenti realiter præſtiti. *gl.in c.pen. de iureiurand. Meichſ. d deciſ.12.n.30. & n.142.*

In ſumma, hodie ex communi opinione omnium probatorum Iureconſultorum & Practicorum hæ clauſulæ, á Principibus, bey meinen Fürſtlichen/ à Comitibus, bey meinen Gräfflichen/ & Nobilibus, bey meinen Adelichen/ & ab aliis in dignitate conſtitutis vel fide dignis viris, bey meinen Chriſtlichen Ehren/ bey meinen guten Glauben/ Trewen vnd Würden/ Item an Eydsſtatt/ prolatæ, & in inſtrumentis inſertæ, vim iuramenti veri important & operantur, (vtut circa pœnam alias differant.) Darauß dann vnwiderſprechlich erfolgt / Wenn ein Fürſt/ Graff/ vnnd vom

Adel/etwas zuſagt/oder ſich verſchreibt/bey ſeinen Fürſtlichen Gräfflichen vnd Adelichen Ehren/Trewen/vnd guten Glauben / auch bey dem Wort der Warheit/alles vnd jedes / ſo der Verſchreibung mit einverleibt/feſt vnd vnverbrüchlich vnnd wohl zu halten/zu erfolgen/ vnd deme zu geleben/ꝛc. Er ſolches von Rechts wegen eben zu halten/ als ob er ſolches mit einem leiblichen Eyd geſchworen hätte / bey Pœn deß Meyneydes. Et ita quotidie practicatur.

Ac licet alias teſtibus non iuratis talis qualis fides adhibeatur. *Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 26. n. 5.* tamen de conſuetudine creditur Nobilibus in ſcriptis deponentibus, non quidem vt teſtibus, ſed vt publicis perſonis, in loco, in quo iurisdictionem habent. *Grauet. de antiqu. tempor. part. 1. verſ. quarto limitatur. Marc. deciſ. 769. Schenck in viridar. concl. 16. Rimınal. iun. Inſt. de dona. n. 347.* maxime ſi ſub fide ſua deponant, quod idem eſt ac ſi iuraſſent. *Mynſ. d. lo. Meichſner. tom. 1. par. 1. deciſ. Cam. 30. circ. finem fol. 455.*

Sed an ſtatuto vel conſuetudine recipi ac induci poſſit, vt iniuratis teſtibus fides adhibenda ſit? Vide *Felin. in c. tuis quaeſtionibus. n. 2. de teſtib. Rom. conſil. 482. n. 8.* Pro affirmatiua facit, quod argumentum à pacto ad ſtatutum affirmatiue valeat, vtpote, quod poteſt fieri pacto, idem & ſtatuto fieri permittitur. *l. fin. C. de fideiuſſor. l. non impoſſibile. de pact.* quia eſt argumentum à minori ad maius. Felin. *loco citato.* nihil decidit, inclinat tamen in negatiuam, non valere huiusmodi ſtatutum vel conſuetudinem, magnamque eſſe hoc caſu inter pactum & ſtatutum diſſimilitudinem, & ſic parificationem non habere locum, *ſecundum Dominic. in c. 2. de conſuet. in 6.* Sed idem Felin. *in c. conſtitutis. n. 16 de reſcript.* categorice concludit, non valere diſpenſationem Pontificis, vt teſti iniurato fides adhibenda ſit: ſtatutum & diſpoſitionem talem eſſe contra ius diuinum & naturale, quia *Gen. 31.* legitur, quod Iacob voluerit teſtimonium ſoceri ſui Laban iuramento confirmari. Felin. ſequitur, & refert pro ſingulari dicto Hippol. *ſing. 124 n. 4.* & dicunt eſſe ſtupendam deciſionem Auguſtini de Anchona. *in lib. de poteſtat. Eccleſiaſt. q. 55. art. vltim.*

Ego

Digitized by Google

Ego exiſtimo, huiuſmodi ſtatuta & conſuetudines eatenus valere, ſi tantum ad perſonas integritate vitæ conſpicuas, illuſtres & nobiles, & non ad quemlibet priuatum promiſcue referantur: & ſummum Principem poſſe conſtituere, vt huiuſmodi teſtibus iniuratis plene credatur: quia in iſtis ceſſat præſumptio fraudis & ſubornationis, aut periurii. Prout in regno Bohemiæ, (Behmiſche Landsordnung *lit. X. art. 34.*) & in Archiducatu Auſtriæ ex ſingulari priuilegio; & longa obſeruantia ita receptum teſtatur *Andr. Geil. 1. obſ. 100. in fin. & 101. n. 14.* Nam nobiles & illuſtres perſonæ non tenentur perſonaliter comparere ad perhibendum teſtimonium, ſed per ſcripturam ſub fide ſua, abſque corporali iuramento deponunt, & depoſitionem obſignatam Iudici examinis tranſmittunt, vnter jhren Handſchrifften vnnd Petſchafften. Quod etiam in Bauaria, & aliis locis receptum eſt, & eorum ſigilla, & propriæ manus ſubſcriptio loco iuramenti eſt. Quo pertinet, quod interpoſitio fidei iuramento comparetur, vt *ſupra* iam dixi. *Geil. 2. obſ. 59.*

Interdum etiam examinari ſolent teſtes illuſtres ſub iuramento illo, quo iam antea Principi ſuo, cui inſeruiebant, adſtricti fuerunt, bey dem Eyd/damit ſie jhren Herren zugethan/ non recepto aliquo nouo & ſpeciali iuramento. *Mynſ. 2. obſ. 3.* Idque ſufficere putat Geil. in cauſis Aulicorum & inter perſonas aulicas, *d. obſ. 101 n. 15.* alias ſecus. Nam talis relatio iuramenti non debet per Iudicem admitti, niſi litigatoribus conſentientibus. Vidi etiam examinari teſtes Doctores ſub iuramento illo, quod in adſumptione gradus ſui, h. e. Doctoratus præſtitere, bey dem Eyd/das ſie bey Erlangung jhres Doctorats geleiſtet. Quemadmodum ſæpe ciues & plebeii in ſummariis commiſſionibus & leuioribus cauſis, bey jhrem Bürgereyd/oder bey dem Eyde / damit ſie jhren Oberherrn behafft vnd zugethan/ teſtimonium ferre ſolent. Idque praxis docet & quotidiana experientia.

Caſus quoſdam, quibus teſti creditur etiam iniurato, vide apud *Hippol. ſing. 434. & 460. & Iaſon. in l. admonendi. de iureiur.* Vide etiam die Behemiſche Landsordnung *d. lit. X. art. 34.* vbi ita

 ſtatuitur:

ſtatuitur: Betreffend die Gezeugnuß/ welche die Perſonen auß der Herꝛ-vnd Ritterſchafft den Bürgern vnd Perſonen auß den Stätten geben ſollen zu jhren Stattrechten/iſt geordnet: Wenn die Bürger das an ſie begeren/vnd jhre Notturfft erheiſchet/ſollen ſie jhnen dieſelben Zeugnuß ſchuldig ſeyn zu geben/ſchrifftlich vnter jhrem Inſigel beſigelt/ auch bey ſolcher Pœn/ wie die Bürger gegen der Herꝛ vnd Ritterſchafft verhafft ſind: gleichwol mit dieſer Exception/wann eine Perſon auß der Herꝛ-oder Ritterſchafft einem Bürger ein Zeugnuß geben hat/vnd wirt wegen ſolcher Zeugnuß von dem/wider welchen er gezeugt hat/ angetaſtet vnd injuriret: Sollen Bürgermeiſter vnd Rath deſſelben Gerichts/wo ſich das zutragen wirt/ſolches alſo bald dem Herꝛn oder einem vom Adel zu erkennen geben/vnd die Perſon/welche die Zeugnuß angetaſtet/melden. Darauff mag der Herꝛ oder Edelmann wegen ſolcher Antaſtung vnnd Injurien die Perſon vor den Landrechten beſchuldigen vnd fürnehmen/wie in *d.* Landsord. *lit.K.art.19.* geſetzt iſt.

Beyjagden.

Wann der Hirſch nicht feiſt vnd in Schweinhatz/ſondern darzwiſchen gejagt wirt/ſo heiſts Beyjagden: Sonſten heiſts Hauptjagden/ſo der Hirſch feiſt/vnd im Schweinhatz gejagt wirdt.

Bey Nacht.

Hertzog *p.2.f.75. inf.verb.* Nacht.

Beinſchrötigte Wunden.

Vulnera quæ infliguntur capiti per cranium, aut crura, in iis locis, vbi natura non patitur ſciſſuram oſſium, vel carnis ad profunditatem vnguis, vocantur Beinſchrötigte Wunden. *Coler. different. iur. ciu. & Sax. deciſ. 161. n. 50. Chilian. Konig in proceſſ. c. 138. tit.* Von den Pœnen. *n. 13.*

Bey Straff Vngehorſams.

Contumacibus in reſpondendo libellis iniungitur aliquando,

quando, vt reſpondeant, bey ſtraff deß Vngehorſams. Hęc verba, etſi nullum effectum vltra ius commune habeant, cum is qui libello non reſpondeat, æque fiat contumax, ac ſi præcedente hac comminatione non reſpondeat. De conſuetudine tamen hæc forma pronunciandi vſurpatur, maxime in Curiis ac Dicaſteriis Saxoniæ. Cuius ratio eſſe poteſt, quod plus timeatur illud, quod ſpecialiter iniungitur, quam quod generalibus verbis ſubintelligitur, vt in ſimili notat *gl. in c. vt vetitus. in verb. abſq; rationabili cauſa. extra de appellationib. Lipſenſ. obſeru. 56.* facit, quod abundans cautela non nocet *l. teſtamentum. C. de teſtam. l. ſi ſeruo. in f. de alim. legat. l. pediculis. § Labeo. de auro & argent. legat.*

Beleutung.

In Iudicio Rotvvilenſi, Jn dem Keyſerlichen Hoffgericht zu Rotweil kan man vff die jhme verunterpfändte Güter eine Beleutung außbringen. Eine ſolche Beleutung aber iſt/vermüge der alten vnd newen Keyſ. Rotweiliſchen Hoffgerichtsordnung/vnd vhraltem Herkommen vnd Gebrauch nach/nichts anders/denn ein publicum proclama, aut citatio per Edictum, dadurch der Beſitzer der Güttere/vff welche geklagt/namhafft gemacht/ vnnd ohne Vermeldung deß Beſitzers Namens citirt/vnd vor Gericht geladen wirt. Si quis igitur Rotvvilæ ratione bonorum quorundam agere velit, de nomine vero poſſeſſoris actori non conſtet, petit citationem per edictum, eine Beleutung/vel publicum proclama. Keyſ. Rot. Hoffgerichtsord. *part. 2, tit. 10.* Von Beleutungen.

Forma der Beleutung talis eſt: Wir N. der Keyſ. Maj. Hoffrichter vnd Amptsverweſer/bekennen hiemit/ daß N. vff weiland N. Habe vnd Güter beleutet/ ob ſich jemand derſelben in Erbkauff oder andere rechtmeſſige Titul annemme/vnd jm auff ſein Zuſpruch vnd Gerechtigkeit/auch Koſten vnd Schaden/ſo viel jhm an dieſem Keyſ. Hoffgericht taxirt/ Bezahlung vnnd Abtrag thun wolte/oder ſonſten Einreden zu haben vermeynt/ daß derſelbe dann ſolches thue vnd vorbringe biß zum Hoffgericht/ſo ſeyn vnnd gehalten wirdt Dinſtags nach N. nechſtkommendt.

Digitized by Google

Welche ſich dann auff die außgegangene Beleutung abfordern laſſen/die werden nach Innhalt angeregter Keyſ. Hoffgerichtsordnung/vnd etlich hundert Jahr hero obſervirtem Gebrauch nach/ pro veris poſſeſſoribus gehalten. Quod iuri communi conſentaneum eſt. Nam qui ſe liti obtulit, cum rem non poſſideret, condemnatur: niſi euidentiſſimis rationibus poſſit reſpondere, actorem initio ſciuiſſe, eum non poſſidere. *l. qui ſe obtulit de pet. her. l. is qui ſe obtulit. de rei vendic.* Vnd wirdt vermöge beſagter Hoffgerichtsordnung der jenig/ſo ſich abfordern läſt/pro reo indubitato vnnd für einen Beſitzer der Güter/darumb der Kläger beleutet worden/etiam ante litis conteſtationem gehalten. Sic & iure communi lis ante litis conteſtationem dicitur. *Auth. quod ſemel. C. quomodo & quando Iudic. &c* & per ſolam citationem, quoad iuris effectum inducitur litis pendentia. *Clemen 2. vt lite pen.* Vide *Gylm. tom. 3. Symph. fol. 60.*

Citatio autem per edictum non prius decernitur, niſi præſtito prius à petente iuramento, poſſeſſoris bonorum nomen ſibi eſſe ignotum. Hoc iuramentum, ſi petens citationem, der Beleuter/præſtare recuſet, poſſeſſori bonorum expenſas ob hanc cauſam factas refundere tenetur: quod tamen non procedit, ſi poſſeſſor bonorum certus quidem, Iuriſdictioni vero huic ſubiectus non ſit: hoc caſu procuratorem conſtituere tenetur, contra quem impetrans ius ſuum deducet. Keyſ. Rottw. Hoffgerichtsordn. *p. 2. tit. 11. Forma* einer Beleutung. §. Vnnd damit/ꝛc. Comparente tunc citato, per ſe vel ſuum legitimum procuratorem, proceſſus petiti caſſantur, Wirt die Beleutung aberkannt/mit dem Anhang/wo ferrn der Beleuter wölle/daß er den Verſprecher ſeiner Zuſprüch halber mit Recht wohl fürnehmen möge. Keyſ. Rottw. Hoffgerichtsordn. *d. p. 2. tit. 11.* §. Da dann die Beleutung/ꝛc.

In contumaciam vero citati, & ad petitionem impetrantis, immiſſio ex primo decreto, ſo Anleutung genannt/decernitur. *d. p. 2. t. 11.* §. Wehre aber Sach/ꝛc vbi dicitur: Wehre aber ſach/ daß der Innhaber der beleutenden Gütere für ſich ſelbſt oder ſeinen

Vertret-

Vertretter nicht erſchiene/ vnd der Beleuter vmb ferner Proceß an-ſuchete/ſoll jhme immiſſio ex primo decreto, ſo Anleitung (vnnd Anleit/ *vt ſup. lit. A.*)genannt/erkannt werden.

Forma der Anleitung auff vnverſprochene Beleutungen: Wir N. deß Keyſ. Hoffgerichts zu Rotweil Hoffrichter vnd Statthalter/bekennen hiemit/Demnach A. auff N. Gütern hiebevorn eine Beleutunge außgebracht/vnd von niemand verſprochen/daß jme A. derwegen auff ſolche Gütere dieſe Anleitung vnnd Einſatz mit Vrtheil erkannt/in Vrkundt diß Brieffs/ ſo mit deß Hoffgerichtsordnung außgetrucktem Secret verſigelt / ꝛc. Geben/ꝛc.

Forma der Anleitung auff eines Echters Habe vnnd Gütere: Wir N. Hoffrichter oder Statthalter bekennen hiermit / Demnach B. auff Klag A. in ehegedachts Keyſerlichen Hoffgerichts Acht erkennt/declarirt vnd verſchrieben / daß derowegen jhme Klägern auff deſſelben Habe vnnd Gütern/es ſeye Hauß/Hoff/ꝛc. zu N. gelegen/ ſampt Renthen/Zinſen/ꝛc. vmb N. Gülden dieſe Anleitung vnd Einſatzung erkannt. Zu Vrkundt/ꝛc.

Quæ immiſſio Magiſtratui, ſub quo bona ſita ſunt, inſinuatur & denunciatur, nihilo tamen minus poſſeſſor intra tredecim hebdomadas & tres dies, à tempore inſinuationis computandas comparere, atque immiſſioni ex primo decreto factæ contradicere poteſt. Eo igitur comparente cauſa ibi deducitur: ſin minus, ad petitionem immiſſi ex ſecundo decreto is immittitur. Keyſ. Hoffgerichtsord. *d. p. 2. tit. 13.* §. Solche Anleitung. *Gilhauſ. Arb. iud. ciuil. c. 4. ram. 1. n. 38. & 41. fol. 135. & ſeq.*

Berathen.

Si quis ſcripſit: Ich habe meine Tochter berahten/ ꝛc. hæc clauſula de dote tantum intelligitur: nec eam habet vim, vt neceſſario ius ſucceſſionis vel legitimam iure naturæ debitam auferat. *Myns. dec. 1. reſp. 10. n. 57. & 59.*

Berechtigen.

Verbum, Berechtigen/omnem cognitionem ſignificat ac com-

comprehendit. Vide *Gylmannum tom.1. Symphorem. par. 2. fol. 352. num. 4.*

Berichtſchreiben.

Quando ſubditi alicuius ſtatus Imperii in Camera petunt mandatum ſine clauſula contra Magiſtratus ſuos, proceſſus non decernuntur, nec mandata concernuntur, niſi prius Magiſtratui vmb Bericht ſcribatur, & Berichtſchreiben mittatur. *Meichſn. tom. 4. deciſ. 27. n. 5.* Viſitations Abſchied *Anno 1581.* §. Item als ein ſonder/ꝛc. Sic & in cauſis relaxationis à iuramento, non ſtatim citatio decernitur, ſondern wirt erſt vmb Bericht ad Magiſtratum; ſub quo ſupplicans captus fuit, geſchrieben. *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 24.* eamque Magiſtratus præfixum intra terminum Cameræ transmittere neceſſe habet, alias proceſſus in contumaciam decernuntur. *Viſitat. Receſſ. 1575.* §. Obwol/ꝛc. Vide *Schvvanm. 2. proceſſ. 21.* vbi *n. 11.* ſupplicationem habet vmb ein Berichtſchreiben. *fol. 274.* & *fol. 280. n. 13.* copia extat eines Berichtſchreibens.

Bericht thun.

Hęc verba, Bericht thun/ præſupponunt ſcientiam. *Gylman. tom. 4. Symphorem. part. 1. vot. 4. n. 56 fol. 149.* Ignoti enim nulla cupido, & ignorantia mater eſt cunctorum errorum. *c. ignorantia. diſt. 38.*

Berüchtigung.

Fama, ein Berüchtigung ſoll nicht auß loſen/ leichtfertigen vnd abgünſtigen/ ſondern auß dapffern vnd vnverdächtigen Leuthen jhren Vrſprung haben. *Chil. Konig in proceſſ. c. 2. n. 1. & 2.* Falſus enim rumor non ſolet obeſſe. *l. vlt. de hered. inſtit. Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 6. c. qualiter. de accuſat.* Quare, ſi fugiens prius bene audiuit, & vir probus ſit habitus, Wo einer zuvor vnverleumbd/ vnnd bey männiglichen gut Lob gehabt hette/ hoc caſu fuga non facit indicium

dicium efficax. *Archidiac. in c. decernimus. 3. q. 9. Hipp. de Marſ. conſ. 49. n. 38. Rom. conſ. 241. n. 1.*

Difficillima igitur eſt famæ probatio, de qua *VVeſ. conſ. 13. n. 61. Vult. 2. Iuriſpr. Roman. 2. n. 32. Maſcard. de probat. concluſ. 749. 750. 753. Gilhauſ. arb. iud. ciu. p. 1. c. 4. §. 263. fol. 340. & ſeqq.* adeo, vt Grammaticus *conſil. 42. n. 8.* dicat, ſe nunquam vidiſſe proceſſum, in quo probata fuerit fama.

Fama, opinio & exiſtimatio idem ſignificant. *gl. in l. 1. verb. vincula. C. ex quib. cauſ. in int. reſt.*

Eſt autem duplex fama, ſcilicet hominis in ſeipſo, & de homine apud alios. *gl. in d. l. 1. vbi additio.* Vide *Maſc. libr. 2. de probat. concl. 748. n. 4. & ſeqq.*

Beſſerung.

Sæpe controuerſiæ oriuntur wegen Beſſerung ſo vff ein Gut gewendt/als vff ein Vnterpfand / Leibgeding / vſumfructum, &c. vbi ſingulariter obſeruandum, melioramenta immodice facta, vnnötige vbermeſſige Beſſerung reſtituenda non eſſe, quia non dicuntur vtiles impenſæ, quæ tam magnæ ſunt, vt dominus cogatur habere rem pro derelicto, ſed in fraudem Domini factę eſſe intelliguntur. *l. ſi ſeruos. de pignor. act. l. ſed an vltro. §. 1. de neg. geſt. l. impenſa. §. vtiles. de V. S. vbi Dd. Menoch. de recup. poſſ. ſſ. remed. 15. n. 553. Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. gl. 1. nu. 5.* Quod diligenter notandum contra potentes hypothecarios, qui dominia poſſident ſub pacto de reluendo, (Pfandinnhaber der Pfandſchilling / de quo *infra lit. Pf.*) & rem hypothecatam nouis, pretioſis ac non neceſſariis ædificiis ita exornant atque muniunt, vt ſumtuum magnitudine dominum à reluitione excludere, ſibique proprietatem dominii retinere ſatagant. *Geil. 2. obſ. 12. in fi.* Vtilis tamen ac neceſſaria melioratio reſtituenda, res ſiquidem deterior reddi non debet. Vide *Geil. de pignorat. cap. 16. numer. 2. & ſeqq.*

Beſcheid.

In Camera werden die gemeinen vnd ſchlechten Beſcheid diſ-

ſeruirt ab interlocutoriis, die ad referendum vbergeben werden. Denn wenn man findet: Iſt Zeit zugelaſſen vnd erkannt. Item/ abgeſchlagen: Vorgewandter Einrede vnverhindert zugelaſſen: Das ſind interlocutoriæ, die in Camera Spirę deß Sambſtags referirt werden. *Gylman. tom. 3. Symphorem. fol. 313. ſupra verb.* Abſchied.

Bezirckbrieffe.

Receſſus & conuentiones, in quibus deſignati ſunt fines. Abſchied/ Bezirckbrieffe dicuntur: quibus probatur & euincitur tam poſſeſſio, quam dominium, præſertim confecta ab illis, qui poterant ſuper finibus diſponere. *Andreas Knichen de iure territor.* der Landsobrigkeit. *cap. 3. n. 43. Gilhauſ. arb. iud. ciuil. p. 1. t. 1. nu. 109. fol. 16.*

Billigkeit. Nach Billigkeit.

Verba hæc in teſtamento &c. poſita, nach Billigkeit außſtewren/ſignificant incertitudinem: & non aliter poſſunt intelligi, quam filias elocandas eſſe iuxta facultatem patrimonii & perſonarum honeſtarum, *iuxta gl. in §. 1. verſ. quamobrem. Auth. de reſtit. & Auth. eam quæ parit 11. menſe. verb. merita. l. quaro. de iur. dot. Gylm. tom. 2 Symph. part. 2. vot. 22. n. 37. & 88.*

Bißhero. Biß hieher.

Verbum, Bißhero / biß hieher / *hucuſque*, includit tempus præſens, in quo lata eſt conſtitutio. *l. ſi vſu. D. quemadmod. vſufr. caueatur. c. pen. de ca. Monach. Gylman. tom. 1. Symphor. part. 1. fol. 188. num. 10.*

Biß ſo lang.

Verba hæc: Biß ſo lang vnd alldieweil / *donec, quandiu*, vel *amplius*, & ſimilia vocabula, als ſo lang einer N. verhandt/denotant confirmationem ſeu temporalitatem illam, vt quandiu aliquis ſuperſit, ſuccedat. *Gylm. tom. 2, Symph. par. 1. fol. 137. n. 5.*

Dictio

Dictio, Von/ & dictio Biß/ponuntur incluſiue, maxime in fauorabilibus: ſecus in odioſis: & hoc, ſi diſpoſitio legis vel ſtatuti, non ſonat in contrarium: vel niſi hoc eſſet contra mentem loquentis, ad quam ſemper eſt recurrendum. Nam ſi expreſſe, vel per coniecturas conſtat de voluntate hominis, ei ſtatur, vel dicendum eſt: aut iſtæ dictiones ponuntur inter terminos intrinſecos, & includuntur: ſi autem ponuntur inter intrinſecos, tunc excluduntur. Exemplum de primo: Vendo tibi fundum à ſepibus vſq; ad ſepes. Nã ſepes includuntur, quia ſunt pars rei, & ſic ſunt termini intrinſeci. Exemplum de ſecundo: Vendo tibi fundum à tali via publica, vſque ad talem viam publicam. Nam via publica venit in venditione agri: iſtæ dictiones tunc non ponuntur incluſiue, quia non poſſunt includere. Et idem eſt, ſi proferuntur ſub temporibus. V. g. Statuit Iudex terminum ad probandum à die Lunæ vſq; ad diem Iouis. Nam ſi dies Iouis eſt iuridica, ponuntur incluſiue: ſi autem eſſet feriata, tunc non poſſet includere eam, & ideo non includit. *cap. dilecti. de dolo & contum. c. expoſuit. de dilat. c. ex literis. §. proſpeximus. de reſtit. in integr.* Sic ergo regula excludit vel includit, prout iuris ratio patitur, & intentio diſponentis. ita de hoc eſt text. & ibi Baldus iſta refert, & alii Dd. *in l. à caligato milite vſq. C. de nup.* Vide de iſtis dictionibus late Bald. *in l. eos. § ſi autem. C. de appellat.* vbi & de dictionibus *ab, ad,* & *hinc* tractat. *VVurmſ. 49 obſ. 1.*

Bleiben.

Verbum, Bleiben/habet tractum ſucceſsiuum, & denotat perſeuerantiam, eaque interpretatio ex iure ſine præiudicio partium procedit. *Gylman. tom. 1. Symph. par. 3. vot. 6. n. 50. f. 27.*

Blutbann.

Vide inf. Zenth.

Bodenzinß.

Per totam fere Germaniam hic mos inoleuit, vt vix vllæ

ſint nundinæ, vbi non ſoluatur Standgelt / nemlich von den Krämen vnd Bütichen vor den Häuſern. *Gylman.tom.1. Sympbor.part.1. fol.157* Et fere mercatores & venalitiarii in nundinis, qui emunt, vt poſtea minutim vendant, ibi vendentes coguntur ſoluere Bodenzinß oder Standgelt/ vt vocant. *tom.1, Symphorem.p.1.fol.75. num.45.*

Bottenbüchſen.

Bottenbüchſen oder Bottenzeichen/ ſunt inſignia nunciorum ſeu tabellariorum, ex quibus cognoſcuntur, quod ſcilicet ſit nuncius publicus, iuratus, huius vel illius Domini aut Ciuitatis &c. Accreditur eiuſmodi tabellariis, ſo Bottenbüchſen vnd Bottenzeichen tragen/ præ aliis. Bartol. *in l.eum qui.11.§.ſi dominus. commodati. & in l.prohibitum.5.C.de iur.fiſci.* vbi dicit: quod omnes officiales, ſigna officialium portare debent. Ex quibus vt officiales cognoſci poſſint, adeo, vt nunciis, ſi ſignis careant, licite reſiſti poſſit. *Maſcard.de probat.vol.2.concl.1119.n.19. & ſeq.* quod & moribus Germanorum receptum eſt, & à Iaſone adprobatum, *in §.quadrupli.n.27. Inſtit.de actionib. & Speculat.tit.de citatione. §.ſequitur. Felin.in c.prudentiam.coll.5.de offic.deleg. Marant.par.6. tit.de Citatione.n.43.* Sic Noribergæ apparitores ſiue nuncii vtuntur ſpeciali habitu cum baculo, allda tragen die Gerichts oder Frohnbotten (wie man ſie zu Nürnberg nennet) blawe Röcke vnd Stäblin in der Hand: quod & alibi receptum, maxime tamen in Heluetia, da man ſonderliche Stattbotten vnd Gerichtsbotten hat / qui maiori dignitate, quam alibi, fulgent. Vide etiam *infr.lit.C.* Concordibüchſen.

Brandzeichen. Brandmal.

Quod de ſeruis fugitiuis ſtigmate notandis dicitur, *in l.2. C.de ſeru.fugit.l.1.l.2.l.Diuus Pius.eod.* id à Domino Geilio ad noſtros mores accommodatur, *in tract.de arreſt.Imper.c.8.n.18.* vbi ait: quod hodie homines proprii, die Leibeigene Leuth malitioſe ſæpe fugiant, & non dominorum ſæuitia, aut intolerabili eorum

rum imperio, vel loci ſterilitate; ſed potius inobedientia & vini inopia id faciant. Sicut multos vidiſſe ſe ſcribit, ex Sueuia, agro frumento fertiliſſimo, in Auſtriam, vini feraciſſimam, & rerum omnium copia abundantem, profugiſſe, & ibidem inter mercenarios, in popinis & tabernis vinariis quotidie otioſe conuerſatos fuiſſe, non neceſſitate, ſed deſidiæ & ignauiæ ſuæ conſulentes, digni, vt à præſide prouinciæ, vom Statthalter/ ex officio caſtigentur, & ignominioſe etiam cum notis publicis & ſtigmate, Brandzeichen/ dimittantur, vt ab aliis cognoſcantur, & ipſis ſint exemplo & terrori. *d. c. 8. n. 18.*

Ac licet iure ciuili prohibitum ſit, ne hi, qui ob commiſſa delicta relegandi ac deportandi, ſigno aliquo in fronte notentur: quod facies hominis ad ſimilitudinem Dei creata, tam fœde maculari non debeat. *l. ſi quis in metallum. vbi gl. Codic. de pœnis.* Secus tamen moribus noſtris obſeruatur. Sæpe enim hodie criminoſi ſtigmate notantur, als die Wildpretsdieb / interdum ita puniuntur. Ita & Iure Saxonico plerumque iſti homines, qui virgis cæduntur aut deportantur, ferrò etiam candenti in maxilla notari ſolent, vt per hoc ſignum omnibus extraneis criminis reatus innoteſcat, origine à Longobardorum legibus ducta. *gl.* Weichbild. *art. 38.* Vide *Myſing. 2. obſeru. 46. Fachſ. diff. 60. Reinhar. par. 2. diff. 7. Alex. in l. cum in diuerſis de relig. & ſumt. fun. Chaſſan. in Catal. gloriæ mundi. p. 6. conſiderat. 46. Rebuff. in l. hominis. 152. verſ. tertio in facie. de V. S.*

Brieffliche Vrkundt tranſſumiren.

Hæc clauſula, Brieffliche Vrkunden zu tranſſumiren/ ſæpe in commiſſionibus decernendis petitur: ſed non ſemper decernitur ac conceditur. Denegata igitur hac clauſula, Briefflicher Vrkunden zu tranſſumiren in commiſſionibus: Cautela eſt: Wann einer viel Sachen wider den andern hat/ vnd wann es ad probationes kompt/ jhm in einer Sachen clauſula tranſſumptionis zugelaſſen/ in der andern aber nicht. Kan er in der jenigen Sachen/ darinnen jhme Commiſſio cum tali clauſula erkannt worden/ alle

ſcine literaria documenta, damit er etwas zu probiren vermeynet/ auff einmal tranſſumiren/ vnd die hernachmals expenſis ſuis zu jeder Sachen in ſonderheit regiſtriren laſſen. Hanc cautelam notat *Gylman. in Symphorem. fol. 81. tom. 3.* Nec opus eſt, vt in hiſce Commiſſionibus Briefflìche Vrkundten zu tranſſumiren/ Notarius adſit creatus. Licet enim multæ ſolemnitates & ſubtilitates à Saxonibus & aliis quærantur, iſt es doch nichts/ vnd man fragt in Camera Imp. nichts darnach. *d. lo. fol. 81.* Iudici Camerali clauſulam: *Documenta ſcripta tranſſumendi*: Commiſſionibus inſerere, permiſſum eſt. *Mem. Viſitat.* Abſchied. *Anno 73.* §. 6. Mit was ꝛc. *Ciſn. ad Ordin. Cam. p. 3. t. 16. fol. 437. & ſeq.*

De Commiſſionibus circa literaria documenta, vide *Rutger. Ruland. par. 2. lib. 5. c. 3. Gilhauſ. Arb. Ind. ciuil. par. 2. c. 6. articul. 2. fol. 422. & ſeqq.*

Brotling.

Brotling dicuntur die vnter der Geiſtlichen Haußgeſind/ vnd vnter jhrem Brot ſind. *Gylman. tom. 4. Symph. par. 1. fol. 368. nu. 18. & ſeq.* Dicuntur etiam Brotgeſind/ Gebrotgeſind der Geiſtlichen. *ib. fol. 367.* Vocabulum autem Diener longe generalius eſt, quam Brotling/ hoc eſt, commenſalium. *ibid. n. 18.* Hinc & ſecularium domeſtici vocantur Gebrotet Ehehalten / die vber eines Tiſche eſſen. *Bald. in c. in literis. 24. de teſtib. Grammatic. conſil. 26. n. 31.* Vide *inf. lit. P.* Paniesbrieff.

Brůderſchafft.

Vide *inf. lit. G. verb.* Geſchworne Brůderſchafft.

Bůcher.

Varia ſunt librorum genera, quæ hodie vſurpantur in probationum materia.

1. Stattbůcher/ Geſatzbůcher/ Reformation/ h. e. Statuta, quæ quoad Magiſtratum, ſi diutina conſuetudine ac vſu corrobo-

roborata ſunt,probant; idque maxime ſi habeant poteſtatem condendi ſtatuta. *l. omnes populi. de iuſtit. & iur. §. ius autem ciuile. Inſtit. de iure nat. gent. ciuil.* Inter priuatos autem præſertim ſubditos probare non eſt dubium. *Roland. de commiſſion. lib. 5. c. 6. n. 2. Gilhauſ. Arb. Iudic. ciuil. c. 6. part. 2. art. 2. n. 19. f. 423.*

2. Zinßbücher/ Cenſuales libri, quibus vti efficaciter poteſt Magiſtratus contra non ſoluentes. *ib. n. 20.*

3. Rathsbücher/ libri Senatus, in quibus illa, quæ Senatus agit, comprehenduntur, & contra ſubditos hos probare non eſt dubium. Si autem Senatus producat, ſimiliter probant, præſertim in antiquis; ex ea ratione, quod in Senatu ſemper præſumitur multitudo teſtium. *Caſtrenſ. & Iaſ. in l. omnia. C. de teſtib. d. lo. num. 21.*

4. Brieffbücher/ ſunt libri miſſiuarum alicuius Ciuitatis, continentes literas ad alios miſſas: qui eandem vim habent cum Rathsbüchern. *d. n. 21.*

5. Eandem fere naturam habent die Hader/ Bruch/ vnnd Straffbücher/ quos vocant: vt ſunt libri, in quib. pœnæ ac mulctæ in cauſis criminalibus inſcribuntur. *n. 22.* Item / Vrphedbücher. *Knich. de ſublim. terr. c. 3. n. 412.*

6. Forſtbücher / libri foreſtorum ſimilis ſunt efficaciæ,

7. Quemadmodum & Sal vnnd Stewerbücher / Vrbarbücher. Vide *inf.* Vrbarbücher.

8. Libri feudales, Lehenbücher. Vide *infra lit. L.* Lehenbücher. &

9. Libri iudiciales, vulgo Gerichtsbücher dicti, quib. actus voluntariæ iuriſdictionis, inſinuationes donationum, dotium, dationum, teſtamentorum, tutelarum, vnionis prolium, & generaliter omnia, in quibus iudicis decretum interponitur, inſcribuntur. Et hi ſiue à Magiſtratu, ſiue à priuato producantur, probant. *l. ſcriptura. de fide inſtrum. l. publicati. vbi Dd. C. de teſtam. l. fin. C. de re iud.* ex ea ratione, quod in Iudice ſemper præſumatur adeſſe multitudo teſtium. *n. 23.*

10. Si-

10. Simile obtinet in libris tranſactionum, Vertrag vnnd Rachtungsbücher.

11. Vt & in Erbbüchern & Erbregiſtern/ quos nobiles ac præfecti Principum habent, in quibus ſeruitia ſuorum ſubditorum inſcribunt, qui non probant contra ruſticos, niſi iuuentur aliis adminiculis. *Dec. in c. 2. ext. de fide inſt. Gilhauſ. d. lo n. 47. Colleg. Ticinenſ. conſil. 97. n. 61. verſ procedit etiam. & n. 62.* Vide *inf.* Erbbücher/*lit. E.* Item:

12. Landſchafftbücher probant ſubiectionem. *Acta Ortenburg contra* Beyern *fol. 465.*

13. Ampt/Cantzley/vnd Receßbücher/ qui probant, *ib. nu. 23. inf.* vbi *n. 28 & ſeqq.* etiam libri annuorum redituum, mercatorum, officialium, æſtimorum, gabellarum, & campſorum adduntur.

14. Zunfftbücher/ libri Collegiorum vel tribuum paris ſunt effectus. *Rulan. de Commiſſ p. 2. lib. 5. c. 10.*

15. Von Stammbüchern vide *infr. lit. S. verb.* Stammbuch.

Bund. Bundseinigung.

Aliud eſt Bund & Bundseinigung / aliud Geſellſchafften/ vt aliud eſt fœdus, aliud ſocietas, nec ſolent hæc permiſceri, aut promiſcue accipi. *Meichſn. tom. 4. deciſ. 22. n. 188.* quæ diſtinctio adhibenda eſt in quæſtione: *An actio pro ſocio competat ex liga ſeu fœdere.* quod negat *Meichſner. ibid. n. 186.* Licet enim genus ſocietatis congruat dem Bund/ tamen non econtra. Nominum ergo diuerſitas diuerſitatem effectuum ſignificat. *Bald. in l ſi idem. C. de codicill.*

Sic aliud eſt Pacts vnd Vertragsweiß / aliud Geſellſchaffts weiß/*d. n. 118.* vbi plures differentiæ: & multa alia de liga, confœderatione, & ſimilibus.

Bürgerrecht.

Bürgerrecht/Ius Ciuitatis, an ſit ius reale vel perſonale, vel

an ius

an ius Ciuitatis natiuitate materna vel paterna adquiratur. Vi-
de *Gylman.tom.5.Symphorem.relat.10.fol.47.in fin.à n.1.vſq.6.* idque
affirmat Baldus *in l.1.n.2.& 4.ad municipal.* vbi probat, natiuita-
te propria, vel paterna, vel materna, quem fieri ciuem vbicunq;
quis naſcatur ex ciue. Sic D.Paulus Romæ natus ſe ciuem Ro-
manum fatetur. *Actor.22.29.*

Eademque ciuilitas adquiſita tranſit in filios. *l. aſſumtio.§.
filius.vbi Bartol.n.3.ad municip.d tom.5 fol.50.n.4.* quod mores no-
ſtri fere ſequuntur, niſi contrarium per ſtatutum vel conſuetu-
dinem introductum ſit, vt Wormatiæ, allda das Bürgerrecht
perſonale ius eſt, & cum perſona extinguitur, deſſen ein extra-
neus per ſucceſſionem rerum nicht kan theilhafftig werden / ſon-
dern nach der Statt Wormbs Regalien/Herkommen vnd Gewon-
heit/muß auch eines jeden Bürgers vnd Innwohners Sohn/ſie ſey-
en vom Adel oder nicht/nach ſeines Vatters oder anteceſſoris Todt
ſich mit eim E. Rath / da er ledigs Stands wehre/ das Ius tributa-
rium zu forderſt widerumb ſtellen/ oder da er ſich zu eigner Haußhal-
tung begeben wolte/ vmb das Bürgerrecht von newem anſuchen / vnd
ſich darzu der Gebür nach qualificiren. Alßdann iſt ein ſolcher der
bürgerlichen Recht vnd Gerechtigkeit theilhafftig/ auch der Rath jn
dabey zu handhaben /jn vnd das ſein zu ſchützen vnd zu ſchirmen ſchul-
dig. *d.tom.5.fol.47.& ſeq.*(Vide *infra* plura *lit.S. verb.* Städt.) In-
terdum wirdts Bürgerrecht certa pecunia erkaufft / vt *Actorum
c.22.v.28.* quod in Germania vſitatiſſimum, daß man das Bür-
gerrecht in Jahr vnd Tag empfahen muß. Vide *Gail. 2. obſ.35. nu.8.*
& de amiſſione deß Bürgerrechts, *2.obſ.36.* vide *l.2.Cod.vbi Senat.
vel clariſſ.* Solet & à ciuibus præſtari iuramentum ſubiectionis,
Bürgereyd vnd Landshuldigung / & quidem in perſona, quod
tamen ad hæredes non eſt tranſitorium. *Socin.conſil.84.n.9.vol.
3.* alioqui & periurium tranſiret. *Neuiz.conſil.11. n.7.* Idque ex eo
argumento euincitur, quod ſemper in filiis renouandum eſt.
Renouatio enim neceſſaria non eſſet, ſi ad heredes tranſiret.
*Surd.deciſ.148.n.5.& ſeq.Cacheran.conſil.9.n.9.& ſeqq.Grauet.conſil.
492.n.8.tom.3.Raudenſ.reſponſ.28.lib.2.n.19.* Licet igitur parens

præſtiterit iuramentum ſubiectionis ſeu ciuitatis, den Bürger eyd oder Landshuldigung/ tamen quando filius matrimonium init, laremque fouet, vel etiam defuncto parente, iuramentum præſtare cogitur: alioqui in ciuem vel ſubditum non recipitur, haud ſecus ac ſi aduena in ciuem vel ſubditum adſumatur, qui pariter hoc iuramentum exhibet. *Choppin. de ciuil. Pariſ. morib. lib. 2. tit. 7. n. 3. fol. 283.* Reſpectu vero Principis aut Ciuitatis dictum iuramentum ad heredes tranſitorium eſt. *Menoch. conſil. 839. lib. 9.* cum ſubditi iurent Principi & ſuis heredibus: Conſuli Reipubl. & eorum ſucceſſoribus, als jhren Erbherrn/ jhrer Obrigkeit vnnd deren Nachkommen. *Knichen de ſublim. territor. c. 3. nu. 252.* De coniecturis contracti domicilii vide *Zanger. p. 2. de except. c. 1. n. 5. & ſeqq. Godda. ad l. 190. nu. 3. & ſeqq. & ad l. 203. de V. S. Menoch. 5. conſ. 61. n. 21. Suarez in comm. op. in. lit. D. n. 115.*

Burgfrieden.

Burgfrieden/ eſt conuentio iurata vel pactum ad communem conſeruationem, dignitatem, tranquillitatem, pacem, atque concordiam alicuius familiæ, initum, verbi gratia, de ſucceſſione vel fraterna, vel familiæ. *Meichſn. tom. 3. deciſ. 14. nu. 25. fol. 468. & n. 89. f. 482.*

An autem eiuſmodi conuentiones & pacta iurata, Burgfrieden/ valeant, & an familia nobilis eiuſmodi ſtatuta condere poſſit? Vide affirmantem Ioh. Andr. *in addition. ad Speculator. tit. de inſtrum. edit. §. compendioſe. verſ. ſed nunquid. in addit. parua. incip. interpoſuit hic Obertus*, quem reliqui ſequuntur.

Negantem etiam vide Alexand. *in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta.* & apud eundem plures allegatos.

Eſt autem hæc quæſtio adeo perplexa, vt vir plurimæ lectionis & ICtus celeberrimus Andreas Tiraquellus *in libr. de iure primogenituræ, q. 16.* ex profeſſo eam tractans, & pro vtraque parte Dd. allegans, nihil certi pronunciarit, ſed vtramque opinionem, certis tamen limitationibus admiſerit, vt apud eundem

dem

Digitized by Google

dem prolixe videre licet. Vide *infra lit. G. verb.* Ganerben. Vide etiam diſtinguentem Meichſnerum *d. deciſ. 14. n. 85. & ſeqq.* vbi concludit, quod familia Nobilis merum & mixtum Imperium habens, ſtatuta condere poſſit: ſecus ſi familia priuata eſt, & non habet merum & mixtum imperium in ſuo territorio, &c. Ein Burgfrieden Vffrichtung nihil aliud eſt, quam ſtatutum familiæ condere, & conuentionem iuratam inire. *d. deciſ. 14. nu. 119. fol. 516.*

Burglehen.

Vide *inf. lit. G. verb.* Ganerben. *c. 1. cir. fin.*

Buſſen.

Aliud eſt pœna, Leibſtraff/ aliud mulcta, Geltſtraff/ *L. 131. D. de V. S.* Sic Iure Saxon. & moribus noſtris aliud eſt mulcta, Geltſtraff/ aliud emenda, Buſſen/ Geldbuß. Parti ſiquidem emenda, Iudici vero mulcta debetur illo iure. *Zobel. part. 4. diff. 1. & 2. Coler. deciſ. 161. n. 71. & deciſ. 22. n. 3. & deciſ. 145. n. 15.* Eſtque mulcta ſemper maior emenda. Vide *Moller. 1. ſemiſtr. 23. Sentent. Scabin. Lipſenſ. poſt* Landrecht. *tit.* Von Wetten vnd Buſſen. *fol. 592. & ibid. in proceſſ.* der Appellation. *eod. tit.* Von Wetten vnd Buſſen/ auch allerley Brüchen/ *&c. fol. 521. & aliquot titulis ſeqq.* Ex quibus in caſibus parti emenda datur, in iiſdem & Iudici debetur mulcta, quod fit in ciuilibus cauſis. Iure enim Saxon. non poteſt cauſa dici criminalis, niſi pœna corporalis adfligenda veniat. *Coler. d. deciſ. 22. n. 2. & ſeqq.* Vide *inf. lit.* W. *verb.* Wetten. vbi dicitur, Buſſen & Wetten eſſe ſynonyma. *& lit. H. verb.* Höchſte Gewette.

C.

Cammergericht.

QVia Cameræ Iudicium in Imperio Romano-Germanico præcipuum eſt, paucis ſatis cognitum, illud hic explicare

Digitized by Google

animus eſt, eaque proponere lubet, quæ de hoc Iudicio ſtudioſis Iuris imprimis nota eſſe expedit. Huius Iudicii ſignificatio præcipue quadruplex eſt. In prima denotat locum, diiudicandis totius quaſi Romani Imperii controuerſiis electum, qui eſt vrbs Imperialis Spira. Hunc locum nec Iudici & Aſſeſſoribus mutare, & in alium iudicium Cameræ ſine Imperatoris & Statuum Imperii conſenſu transferre licet, *ſecundum Ordinationem Cameræ part. 2. tit. 34.* Si vero periculum belli & peſtis adſit, locum mutare poſſunt. *Ordinat. Cam. d. part. 2. tit. 34.* In altera ſignificatione non tantum locum, ſed ſimul totum Imperiale Conſiſtorium cum omnibus ſuis iuribus & priuilegiis indicat. Ita accipitur cum dicimus, Cameræ Iudicium ordinariam habet iuriſdictionem. *Gail. obſeruat. pract. lib. 1. obſ. 41. num. 5.* In tertia ſignificatione ciuilem intelligimus diſceptationem apud eos inſtitutam, qui decidendis ciuilibus controuerſiis in Camera ſunt præpoſiti. In quarta vero ſignificatione proceſſum ſeu ordinem procedendi denotat. Hinc crebra apud Pragmaticos de Iudicio & proceſſu Cameræ fit mentio. Ex quo dicitur, Iudicium ſeu Proceſſum appellationis ob omiſſam litis conteſtationem non vitiari. Item ſi Iudicium ſeu Proceſſus nullus ſit, etiam ſententiam nullam eſſe. Interim tamen & hoc obſeruandum venit, interdum citationes, mandata, & alia eius generis Iudicum decreta vocabulo Proceſſus ſignificari, *ſecundum Ordinationem Cameræ part. 3. tit. 12. §. 1.* Hinc dicitur, Proceſſum in Camera non niſi fundata eius Iuriſdictione obtineri. *Mynſ. centuria 2. obſ. 9.* & in obtinendo proceſſu tantiſper ſupplicantis narratis fidem adhiberi, donec in Proceſſu cauſæ contrarium probetur. *Gail. obſ. pract. lib. 1. obſ. 31. n. 1.* In prima ſignificatione ita definitur ab Obrechto *diſp. 11. c. 1. theſ. 71.* quod ſit Imperialis Iudicii ſedes ab Imperatore & ſtatibus Spiræ diiudicandis controuerſiis conſtituta. In altera ſignificatione definit, quod ſit Imperiale Conſiſtorium, Spiræ multis cum priuilegiis ab Imperatore & ſtatibus conſtitutum, in quo totius Imperii controuerſię proponuntur & diiudicantur. In tertia ſignificatione definiri

finiri poteſt, *ſecundum Obrecht. d. diſp. 11. theſ. 73.* quod ſit legitima ciuilis cauſæ diſceptatio coram Iudice & Aſſeſſoribus Cameræ à litigatoribus inſtituta, vt eorum officio controuerſia legitime componatur. In quarta vero ſignificatione Iudicium Cameræ definiri poteſt certus procedendi ordo, conſtitutionibus Imperii ad diſceptandas & decidendas controuerſias præſcriptus. *Obrecht. d. diſp. 11. th. 75.* Iudicium Cameræ poſt alias Iudiciorum diuiſiones ſupra poſitas in tertia ſignificatione diuidi poteſt in Iudicium Audientiæ, & in Iudicium Senatus. *Obrecht. theſi 175. diſp. 11.* Iudicium Audientiæ eſt ſolemnis Iudicis & Aſſeſſorum conſeſſus, in quo Procuratores audiuntur, ſiue viua voce cauſas proponunt. *Obrecht. d. diſp. 11. th. 177.* Hæc vel eſt ordinaria, vel eſt contumaciarum, vel eſt quæ fit coram deputatis, *ſecundum Ordinationem Cameræ part. 1. tit. 14. & part. 3. tit. 1.* In ordinaria ſatis eſt, Iudicem Cameræ vna cum Comite vel Barone, & quatuor Aſſeſſoribus adeſſe. *Obrecht. d. loc. th. 179.* In contumaciarum audientia Comes vel Baro, & duo Aſſeſſores adeſſe debent: at in audientia, quæ coram deputatis fit, duo Aſſeſſores, ſpecialiter electi, adeſſe debent. *Ordinat. Cam. d. part. 3. tit. 1.* Sic etiam alia audientia eſt cauſarum fiſcalium, alia cauſarum non fiſcalium. Cauſæ fiſcales ſunt cauſæ contributionum, collectarum & ſimiles. In his ſemper die Saturni ante meridiem, æſtiuo quidem tempore ab hora ſeptima vſque ad decimam: at in hyeme ab octaua vſque ad decimam audientia celebratur, etſi *in Ordinat. Cameræ d. part. 3. tit. 1. §. vlt.* id paulum aliter ſit conſtitutum. Non fiſcales cauſæ rurſus ſunt vel ſimplicis querelæ, vel appellationum. In priorum cauſarum audientia etiam cauſa fractæ pacis tractatur. At in audientia poſteriorum cauſarum, etiam cauſę nullitatum, & reſtitutionis in integrum aduerſus latas ſententias proponuntur & expediuntur. In omnibus autem non fiſcalibus cauſis, diebus Lunæ, Martis, Mercurii, Iouis & Veneris à puncto horæ primæ pomeridianæ vſque ad horam quartam tempore hyberno, quod Calendis Octobris inchoatur, aut vſque ad horam quintam, tempore æſtiuo, cuius initium fit Ca-

lendis Aprilis, ordinarie audientia celebratur. Nam ſi alias hæc ante meridiem habetur, id fit extraordinarie. Hæc de Iudicio audientiæ. *Obrecht. d. diſp. 11. th. 180. & aliquot ſeqq.*

Iudicium Senatus eſt ſolemnis Iudicis & Aſſeſſorum conſeſſus, in quo de cauſarum ante in publica audientia propoſitarum relationibus & ſententiis, deque aliis quibusdam grauiſſimis cauſis conſultatio & cognitio inſtituitur. Et hic Senatus vel eſt plenus, vel minus plenus. Plenus eſt, in quo Præſes & omnes Cameræ Aſſeſſores in conſultatione & cognitione cauſarum præſto ſunt. Hic Senatus rariſsime cogitur: quia in pleno Senatu de cauſa aliqua communiter non inſtituitur deliberatio: adeo, vt ne quidem Electorum, Principum, vel aliorum Imperii ſtatuum Legati in pleno conſeſſu audiendi ſint, *iuxta Ordinationem Cameræ part. 1. tit. 10. §. penult.* Nach dem auch biſsher. *circa finem.* Excipitur autem ille caſus, quo Imperator, Elector, Princeps, vel alius Imperii ſtatus ſingulariter mandauit, vt ob cauſæ magnitudinem & neceſſitatem non in ſcriptis, ſed viua voce eam proponant. *Ord. Cam. d. part. 1. tit. 10. §. pen.* Minus plenus Senatus eſt, in quo pars tantum Aſſeſſorum in conſultatione & cognitione cauſarum adeſt. Hunc Senatum Obrecht. *d. diſp. 11. th. 195.* duobus modis diſtinguit. Primo in Senatum primarium & Senatum ſecundarium. Senatus Primarius, der rechte Rath eſt, in quo Iudex Cameræ præſidet, & in hoc ſolo ſupplicationes exhiberi & proponi debent, *ſecundum Ordin. Camer. part. 1. tit. 22. §. 1.* Refert tamen, an cauſa nunquam ante in iudicium ſit deducta, aut vero ſit deducta. Si nunquam eſt deducta, tunc ſupplicatio recte fieri & admitti poteſt. *d. t. 22. §. 1.* Si vero ſemel in Iudicium eſt deducta, non aliter ſupplicare licet, quam pro ſententia. *d. tit. 22. §. penult.* Item ſoll kein Procurator. Vbi enim lite pendente aliquid petendum vel proponendum eſt, id non in Senatu, ſed in publica Audientia fieri debet, *d. titul. 22. §. pen.* Senatus ſecundarius, der Nebenrath eſt, in quo non Iudex Cameræ, ſed illius loco Comes vel Baro præſidet. Et in hoc nullæ ſupplicationes offerri poſſunt. *d. tit. 22. §. 1.* Secundo modo

 minus

minus plenus Senatus diſtinguitur in Senatum definitiuarum, & Senatum interlocutoriarum, *ſecundum Ordinat. Cam. part. 1. tit. 10.* §. Ferner ordnen wir. In priore Senatu tractantur ſententiæ definitiuæ Et hic rurſus eſt triplex: Primus, ſecundus, & tertius. *d. tit. 10.* §. Ferner. In quolibet autem Senatu definitiuarum octo Aſſeſſores cum Comite vel Barone præſidere debent. *dict. tit. 10.* §. Ferner. In poſteriore vero Senatu tractantur ſententiæ interlocutoriæ, & cauſæ fiſcales, in quo reliqui Aſſeſſores præſident. *d. tit. 10.* §. Ferner. *Obrecht. d. loc. th. 197. & aliquot ſeqq.*

Iudices in Camera vel ſunt ordinarii, vel delegati: Ordinarii rurſus vel ſunt in Camera, ibique degunt: vel ſunt extra Cameram, & interdum eo veniunt. Priores ſunt Iudex Cameræ & Aſſeſſores. Hi ideo dicuntur Ordinarii, quia iuriſdictionem ab Imperatore & ſtatibus Imperii conceſſam habent. *Geil. obſ. pract. lib. 1. obſ. 33. n. 1. & obſ. 41. n. 5.* Iudex autem Cameræ inter omnes Cameræ perſonas principem locum tenet, qui eſt caput & Prætor iudicii ad id conſtitutus, vt in ſupremo Imperii tribunali omnia iuxta præſcriptum Ordinationis fiant, & ſuum cuique ius tribuatur, *ſecundum Ord. Cam. part. 1. tit. 3. in pr. & tit. 7. §. vlt. & tit. 9. in pr.* Hinc fit, quod illi ſupplicationes exhibentur, & in his, ipſius ſolum nomen exprimitur. Ex hoc vero non ſequitur, quod Iudex Cameræ ex arbitrio omnia agere poſſit. Nullam enim per ſe ſine conſenſu Aſſeſſorum ordinandi & decidendi poteſtatem, & ne quidem votandi ius habet: ſed aliorum tantum votis aſſentiri poteſt. *Obrecht. de iudic. diſp. 2. th. 65. & 66.* Sic etiam Aſſeſſores ſunt Iudices Cameræ ad id conſtituti, vt cauſas in Iudicio Cameræ propoſitas cognoſcant atq; decidant, *ſecundum Ordinat. Cam. part. 1. tit. 13. & 14.* Iudices vero ordinarii, qui in Camera non degunt, ſunt Viſitatores & Reuiſores. Viſitatores ſunt Cameræ Iudices ab Imperatore, & ſtatibus Imperii conſtituti, vt ſingulis annis ſummi Imperialis Iudicii inſpectionem & cognitionem inſtituant, *ſecundum Ordin. Cam. part. 1. tit. 50.* Horum tanta eſt poteſtas, vt ea in quibusdam Imperatoris poteſtatem ſuperet: quia correctio Ordinationis Ca-

meræ

Digitized by Google

meræ his conceſſa eſt, non etiam Imperatori, *iuxta Ordin. Cam. part. 2. tit. vlt.* Ratio huius poteſtatis eſt, quia non Imperatorem ſolum, ſed etiam omnes Imperii ſtatus, & ita totum Imperium repræſentant, & hi interdum ſolo Viſitatorum, interdum etiam Reuiſorum officio funguntur, *ſecundum Ordinat. Cam. part. 1. tit. 50. in prin. verſ.* **Im fall.** *& part. 3. tit. 53. in princ. in verb.* **So zu der järlichen Viſitation verordnet / ꝛc.** Multum autem refert, an ipſos Imperii ſtatus, quibus ex ordinatione Imperii viſitatio vel reuiſio incumbit, an vero eorum Conſiliarios reſpiciamus? Primo enim caſu omnino ſunt Iudices ordinarii, quia lege & communi ſtatuum Imperii placito iurisdictionem habent. Nam ſtatibus Imperii ordine quodam omnium Imperialis Cameræ cauſarum viſitatio & reuiſio, ab ordinatione Imperii data atque conceſſa eſt. *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 50. part. 2. tit. vlt. & part. 3. tit. 53.* Ex quo ſinguli ſtatus principaliter & ſuo iure ex ipſa ſcilicet ordinatione Imperii ordinariam iurisdictionem ſunt adepti: *arg. l. more. 5. cum l. ſeq. D. de iurisdict. Obrecht. de Iudic. diſp 2 theſ. 70. & aliquot ſeqq.* Poſteriore vero caſu ſunt Iudices delegati, quia iurisdictionem non ab ordinatione & ſtatibus Imperii datam, ſed à ſuis dominis, quibus ius viſitandi & reuidendi incumbit, demandatam habent; non enim propria aliqua iurisdictione, ſed vicaria vtuntur, quia non ſuo iure, ſed beneficio ſuorum dominorum iurisdictionem habent. *arg. l. 1. §. 1. D. de off. e ius cui man. eſt iurisdict. & d. l. mores. cum l ſeq. D. de iurisdict. Obrecht. d. loc. th. 79. & 80.* Et hæc de Iudicibus Cameræ ordinariis.

Delegati Cameræ Iudices ſunt, qui ex commiſſione aliqua cognitionem cauſarum ſuſcipiunt. Huius generis ſunt Conſiliarii reuiſores, item Commiſſarii Cæſaris, & Commiſſarii Ordinationis, **der Außträg.** Conſiliarii reuiſores ſunt Iudices delegati, ab Imperatore & ſtatibus Imperii ad reuidenda Cameræ acta cõſtituti, *iuxta Ord. Cam. part. 3. tit. 53. in princip.* Commiſſarii Cæſaris ſunt Iudices ab Imperatore delegati, vt vel amice cauſas controuerſas componant, vel de iis ordine iuris cognoſcant & pronuncient. *Gail. obſ. pract. lib. 1. obſ. 35.* Ordinationis

vero

Digitized by Google

vero Commiſſarii ſunt Iudices delegati, ad nominationem A-ctoris à Reo electi, vt de cauſa inter ipſos controuerſa iudicent; atque ideo delegati dicuntur, quia non ab ordinatione Imperii, ſed à ſtatibus iurisdictionem ſuam conſequuntur, vti apparet *ex Ordinat. Cam. part. 2. tit. 2. 3. 4. & 5. Obrecht. d. loc. th. 81. cum quinq. ſeqq.*

Iudicem autem dare poſſunt, quibus hoc vel lege, vel conſtitutione, vel Senatusconſulto conceditur. *l. cum prætor. 12. §. 1. D. de iudic.* Iudicum ordinariorum Cameræ cauſa eaque remota eſt ordinatio totius Imperii, quæ horum conſtitutionem & electionem certis perſonis, vt Imperatori & ſtatibus Imperii conceſſit. *Obrecht. de iudic. diſp. 2. th. 138.* In Aſſeſſoribus vero adhuc alia remota efficiens cauſa eſſe videtur, nempe Imperatoris & ſtatuum Imperii nominatio & præſentatio. Ab Imperatore enim & ſtatibus Imperii Iudicio Cameræ certæ perſonæ nominantur & præſentantur, quæ poſtea perpenſis omnibus circumſtantiis à Iudicio Cameræ vel recipiuntur & eliguntur, vel reiiciuntur. Hoc autem caſu, quo nominati & præſentati Aſſeſſores eliguntur, haud immerito nominatio & præſentatio illorum remota cauſa efficiens dicitur: quia etſi non principem, aliquam tamen efficiendi vim habent, vti tradit *Obrecht. d. loc. th. 139. cum duab. ſeqq.*

Aſſeſſores Cameræ Imperialis, cum & eos Iudices ordinarios eſſe conſtet, vernacula noſtra lingua dicuntur Beyſitzer. *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.* De iis autem nobis ſermo eſt, non de illis, quorum *in tit. de Aſſeſſ.* mentio fit, ita etiam de iis vt Iudicibus ordinariis aliquid videamus, circa quos primum conſiderabimus, qui Iudices publico ſalario adhibere Conſiliarios queant? Secundo qui eligendi ſint Aſſeſſores? Tertio, quomodo conſtituantur, & quod horum ſit officium?

Circa primum verum eſt de iure, quod adhibere Aſſeſſores publico ſalario poſſint illi tantum Iudices, qui Magiſtratus ſunt, quales olim erant Præfecti prætorio, præſides, proconſules, prætores, hodie vero Principes, Comites, Barones. Hi enim

K hodie

Digitized by Google

hodie ſunt loco præſidum prouinciarum. Dati autem Iudices aſſumere Aſſeſſores publico ſolario nequeunt, niſi à Principe ſint dati. *Nouel. 60. c. 2.* Qui autem eligendi ſint Aſſeſſores, nobis Ordinat. Cam. *part. 1. tit. 3.* §. Dergleichen ſollen. ad literam ob oculos ponit. Ea enim non modo iuris peritiam & exiſtimationem illęſam in Aſſeſſoribus omnibus deſiderat, ſed & vt duo ſint generoſi Comites vel Barones, cæteri vero Nobiles, iuris tamen periti & practici, aut Doctores ſiue Licentiati, qui publica aliqua in vniuerſitate à Cæſarea Maieſtate confirmata, vel iura aliquandiu docuerint, vel ad minimum iuris ſtudio integrum quinquennium inſumpſerint, & præterea tractandis cauſis forenſibus ſæpius alicubi exercuerint. Præterea dicta ordinatio Cæſarea & hoc exigit, vt Aſſeſſores legitime ſint nati, graues et atq; bene morati. *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3.* §. Dergleichen ſollen. Inſuper requirit, vt Aſſeſſores ſint natione Germani. *d. titul. 3.* §. Dergleichen ſollen. *ibi:* Auß Teutſcher Nation geboren. Item Pontificiæ vel Auguſtanæ Confeſſionis. *d. tit. 3.* §. Vnnd inſonderheit. Modus adſcribendi aliquem in ordinem Aſſeſſorum in Camera Imperiali ſic obſeruatur. Ex eius ordinatione ius nominandi & præſentandi Aſſeſſores eſt penes Cæſaream Maieſtatem, Principes Electores, & ſex ſtatuum circulos. Cæſarea Maieſtas ipſum Iudicem Cameralem ordinat ex Principibus Eccleſiaſticis vel ſecularibus, vel minimum ex Comitibus aut Baronibus Imperii, ita quoque tanquam Imperator nominat etiam Aſſeſſores Comites vel Barones duos, & totidem Iuris Doctores vel Licentiatos duos. Sex Principes Electores nominant Aſſeſſores ſex, atque ita ſinguli vnum. Circuli vero illi ſex præſentant ac nominant duodecim, ſinguli ad minimum duos tam ex ordine equeſtri, quam Doctores & Licentiatos Iuris. *Ordin. Cam. part. 1. tit. 1. & ibi autor commentariorum ad d. Ordinationem.*

Quod ſi iam huius vel illius ſtatus aut circuli Aſſeſſorum aliquis vel moriatur vel aſſeſſuram, quæ officium Aſſeſſoris dicitur. *in l. vlt. D. de proxenet.* deponat, tunc Iudex Cameralis confeſtim ſcribere tenetur ad eum ſtatum aut circulum, à quo Aſ-

ſeſſor

ſeſſor ille nominatus & præſentatus fuit, eique mandare, vt intra prædictum tempus duos aut tres alios idoneos mittere ac præſentare Iudicio Camerali cogatur; quo facto Iudex & Aſſeſſores ex illis magis idoneum eligunt. Quòd ſi illorum neminem inueniant ſatis habilem, alios præſentari iubent, quod niſi inter prædictos illos primos ſex menſes fiat, poteſtas eſt penes Cameralem Iudicem & Aſſeſſores adſcribendi aliquem ex diſtrictu eiuſdem ſtatus aut circuli, in quo nemine inuento, qui idoneus ſit, ex primi ſtatus aut circuli ditione virum aſſeſſura dignum ſuo ordini adſcribunt. *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 4.* §. Wo auch alſo. *& §§. ſeqq.* vbi *in §. ult.* diſponitur, quod ſi ſtatus aut circulus vnum duntaxat præſentet hunc, etiamſi idoneus fuerit, cooptari in ordinem Aſſeſſorum poſſe. Etſi vero ſub vnoquoq; circulo plures & varii ſtatus ſint, attamen Iudex Cameralis non ad omnes ſcribit, ſed in primo circulo, ſi eius defecerit Aſſeſſor, ſcribitur Epiſcopis Wirtzburgenſi, & Eiſtetenſi, itemque Marchioni Brandenburgenſi. In ſecundo Archiepiſcopo Saltzburgenſi & Duci Bauariæ. In tertio Epiſcopo Auguſtano & Duci Würtenburgenſi: In quarto ad Argentinenſem, Fuldenſem, & Lotharingicum: In quinto Epiſcopo Monaſterienſi & Duci Iuliacenſi: In ſexto Archiepiſcopo Magdeburgenſi & Duci Saxonico.

Præterea Aſſeſſores ſupremi Imperii Iudicii antequam aſſidere in Iudicio poſſunt, iuriſiurandi religione ad iuris & legum obſeruantiam adſtringi iubentur, quod etiam ad laudabiles locorum conſuetudines extenditur; *teſte locupletiſſimo And. Geil. obſ. pract. lib. 1. obſ. 36. n. 14.*

Quod ad officium Aſſeſſoris attinet, Aſſeſſor conſiliis ſuis Iudicem iuuare debet, non ex propria opinione, & iudicio ſuo imaginario, ſed ſecundum conſcientiam probationibus fundatam, & legibus ac iuri informatam. *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 13. in princip. & tit. 57.* Quia vero Aſſeſſoribus, poſteaquam à partibus in cauſa concluſum eſt, vniuerſa acta ad referendum Iudex dare ſolet, & vni vel duobus, ſi cauſa grauis ſit, committuntur,

Digitized by Google

cognoſcemus modum ac methodum referendi in qualibet cauſa.

Modus referendi cauſas ſimplicis querelæ, id eſt, primæ inſtantiæ, hic eſt. Primo indicatis litigatorum perſonis, conſideranda eſt legitimatio perſonarum, & diſpiciendum, ante principalis cauſæ relationem, vtrum ipſi litigantes habuerint perſonam legitimam ſtandi in iudicio, aut eorum procuratores perſonas ſuas ſufficientibus mandatis legitimarint, nec ne: *Spec. tit. de actore. & tit. ſeq.* Secundo videndum, an proceſſus debito ordine nec ne ſeruatus ſit? Tertio, vbi nullus in perſonarum legitimatione defectus apparet, atque proceſſus iudiciarius legitime obſeruatus eſt, tunc tota facti ſpecies ſuper quo lis eſt, & ſententia ferri debet ea breuitate, qua fieri poteſt, & ſummarie Iudici & Aſſeſſoribus ex libelli narratis exponenda eſt. Quarto genus actionis diligenter inquirendum, qualem & an recte Actor actionem inſtituerit? Quinto, an & quomodo Actor ſuam intentionem probauerit? Sexto, an Reus aliqua exceptione & probatione intentionem Actoris eliſerit? Poſtremo, quomodo poſterioribus hoc vel illo modo ſe habentibus pronunciari oporteat, & an pars altera in expenſas condemnanda ſit, vel expenſæ compenſari debeant? Vide *Ord. Cam. part. 1. titul. 10. & inprimis* §. So ſoll auch. *& ſeqq.*

Modus referendi in cauſis appellationum hic eſſe videtur, vt primo Referens ſimiliter exponat, qui ſint litigatores, ad quos cauſa pertineat, & an hi legitime comparuerint in Iudicio hoc appellationis per ſe vel procuratores ſuos, nec ne. Poſtea conſiderabit referens, tum appellationis formalia, tum cauſæ materialia. Formalia appellationis, quæ primum inſpiciet, conſiſtunt in eo, vtrum debito tempore & modo à iure præſcripto ſit appellatum, & fatalia introducendæ appellationis à parte appellante ſeruata ſint, nec ne? *Gail. obſ. pract. lib. 1. obſ. 119. & aliquot ſeqq.* In formalibus appellationis cum nihil deſiderant, Referens materialia expendet, diſpiciendo, quod & quale ſit in Iudicium deductum negotium, vbi tam nullitatem

pro-

Digitized by Google

proceſſus, & ſententiæ prioris Iudicis, itemque ſuper ea cauſa iuriſdictionem Iudicis appellationis, quam iniquitatem ſedulo inſpicit. *Gail. obſ. pract. libr. 1. obſeruat. 77. & obſeruat. 42. numer. 8. & ſeqq.*

Quod ſi cauſa vel ratione ſummæ, quæ petitur, vel alia ex cauſa ad appellationis Iudicem non pertinet, Referens illud memorare debet, *per ea, quæ tradit Gail. obſ. 119. d. lib. 1. n. 7.* Nullitate excuſſa & cognito, quod ſuper ea appellationis cauſa iuriſdictio Iudicis appellationis fundata ſit (alias enim cauſa non recipitur) merita litis Referens ita examinabit, vt diſquirat non modo ex actis primæ inſtantiæ, ſed ex nouis deductis, num Iudex prior bene an male iudicarit, id quod commodius inueſtigare nequit, qnam ſi & hic ſecundum intentatæ actionis requiſita, probationes primum partis agentis, deinde etiam defenſionis rei fideliter trutinet. Tandem Referens ſuum addit votum, & indicat, quid iudicandum putet tum ſuper nullitate, ſi ea attendenda ſit, tum etiam de cauſa principali, itemque expenſis appellationis, & qua forma ſententia ſit concipienda atque publicanda. Hos duos referendi modos tradit *Bocer. claſſ. 5. diſput. 7.* Cuius inſigne ſpeculum eſt totus *Meichſner. in deciſion. Gylman. in Symph. Tilman. de Benign. in Apoſpaſmate, &c.*

Cantzleyſaſſen.

Vide *infr.* Schrifftſaſſen. *& ſupr.* Amptſaſſen.

Cent.

Infra Zenth. *lit. Z.*

Commiſſarien ſampt vnd ſonders verordnet.

Quando Commiſſio petitur & decernitur tali modo: Commiſſarien ſampt vnnd ſonders verordnet: talis clauſula in omnium Commiſſariorum nominatorum perſonas dirigitur: ſed cui procurator voluerit, mittet commiſſionem exequendam. *Gylman. tom. 3. Symph. fol. 81.*

Compromiß/Anlaß/Hindergang.

Wenn Parthreyen wegen jhrer Jrrungen einen Hindergang thun auff eine oder mehr Perſon/zu gütlichem vnd rechtlichem Außtrag/ vnd den mit Gelübden vnd Eyden bekrefftigen/ ſo ſeyn ſie demſelben nachzukommen ſchuldig. Es wehre dann / daß ſolcher Hindergang allein auff ein nahmliche Pœn geſtellt würde. Wo dann einige Parthey dieſelbe Pœn entricht/ ſo iſt damit der Hindergang auffgehaben / niſi aliter inter partes eſſet conuentum. Vnnd diß heiſt man ein Anlaß/Hindergang / vnnd Compromiß. Vnnd ein ſolcher Obman wirt genennet ein Veranlaſter/Willkürlicher/Schiedrichter / ꝛc. Vnnd deſſen Sententz ein Außſpruch / & Commiſſarii Spruchleuthe.

Proceſſum Compromiſſi vide apud *Meichſner.tom.1.part.1.deciſ.Cameral.11.fol.131.*

Obs aber allzeit beſſer ſey/ in gut / denn Rechtlich handlen? Es iſt nicht allzeit rathſam / eine Sache mächtig von Handen zu geben/ vnd zuveranlaſſen. Denn dem gemeinen Sprichwort nach/ Wz vor Mittage hingegeben/das ſeye nach Mittage halb verſpielet vnd verlohren. Sera deinde in fundo pœnitentia. Deme beyfüllt Alciatus *in l.de fideicommiſſ.C.de tranſact.* vbi ait: *Cùm enim ab arbitri ſententia appellari non poſſit, eo ipſo rem ſuam facit deteriorem, cum dubio euentui rem ſuam ſubiicit, licet aduerſarius ſiue eodem fluctui ac periculo. quod tamen fallit in rebus dubiis, &c.*

Concordien/Concordigelt/Concordibüchſen.

Quum in Camera Imperiali Proceſſus duplici modo executioni mandentur, vel per nuncios & tabellarios Cameræ iuratos: vel per Notarios ibidem immatriculatos: diſtinctio hæc inter alias obſeruari ſolet, daß wann durch die geſchworne Cammergerichtsbotten die Proceß inſinuirt werden/ ſo gibt jnen der Botenmeiſter vff Begern der Parthey vnd jhres Procuratorn ſo balden die Proceß zu exequiren/ vnnd iſt man den Botten vber jhr gebürlich

Reith-

Digitized by Google

Reichs- oder Verkundgelt nichts mehr zu geben ſchuldig / es wehre denn / daß die Partheyen ſelbſt auß gutwilliger Freygebigkeit / (quod fere à Ducibus, Comitibus, Nobilibus, nec non interdum à priuatis hominibus fieri aſſolet) den Botten noch etwas darüber verehren würden. *Ord. Cam. p. 1. tit. 47. §. vlt.*

Wann aber die Proceß per Notarium Cameræ immatriculatum inſinuirt ſollen werden / muß ſolches mit Verwilligung vnd Zulaſſung deß Bottenmeiſters beſchehen / quem impetrans, eiusve procurator per ſe vel per ſubſtitutum compellare ac rogare debet, vt proceſſus concordare permittat, (hoc enim verbo ſtylus Cameræ vtitur,) daß er die Proceß wölle concordiren / hoc eſt, durch einen immatriculirten Notarien inſinuiren laſſen. Sine conſenſu ſiquidem deß Bottenmeiſters nulli concordari poſſunt proceſſus. Neque id ad inſtantiam partis præciſe facere tenetur, ſi noui ſint & extraiudicialiter decreti, & tabellarios, qui executionem faciant, in promptu habeat. De cæteris proceſſibus, iudicialiter cauſa pendente decretis, liberum eſt impetrantis arbitrium, ſiue per nuncium Cameralem, aut Notarium immatriculatum inſinuari curabit. Deinde conſentiente nunciorum Magiſtro in Concordationem, wenn der Bottenmeiſter die Proceß concordiren läſt / impetrans deſuper, quod Notario de facienda executione & conficiendo inſtrumento ſatisfacere tenetur, etiam dicto nunciorum Magiſtro, antequam Proceſſus ei tradantur, pro ſingulis miliaribus à Spira, vbi Iudicium Cameræ iam perpetuatum eſt, (*Ord. Camer. p. 1. tit. 35. fol. 196. pr.*) ad eum vſque, in quo executio facienda eſt, locum, computandis, dimidiam bazionem Imperialis monetæ, vor Concordigelt ſoluere tenetur. *Ordin. p. 1. tit. 35.* §. Vnd nach dem durch rc. *Memor.* deß Bottenmeiſters *Anno 95. §. 1.* Denn der Bottenmeiſter ſoll von den jenigen / die jhre Proceß nicht durch Keyſerliche Cammerbotten / ſondern durch immatriculirte Notarien exequiren laſſen wöllen / wie von Alters herkommen / concordiren / nemlich von zehen Meylen fünff Batzen / (das iſt / von jeder Meyl von Speyer auß / biß an den Ort / da die Proceß hingehören / ein halben Batzen oder zween Reichs-

Kreu-

Digitized by Google

Kreutzer/) Oder ſonſt nach Geſtallt der Sachen vnnd Gelegenheit eines jeden Weſens vnd vermögens fordern vnd einbringen/ꝛc. Auch folgends dieſelben Concordien fleiſſig auffſchreiben / vnnd was die Partheyen oder der Procurator vor die Concordi bezahlet / dieſelbe Poſten durch die Partheyen oder Procuratorn vnterſchreiben laſſen/in die Büchß (Concordibüchſen genannt) legen/alle Quatember oder viertheil Jahres verrechnen/ vnnd vnter die Botten außtheilen. *Ordin.Cam.p.1.tit.35.*§. Vnd nach dem durch *fol.196.* Quod ſi quis inuito & renuente Magiſtro tabellariorum, proceſſus extraiudicialiter decretos per Notarium immatriculatum inſinuari curet, tali executioni, etiamſi alias rite ac recte facta ſit, ſe dictus Bottenmeiſter ſubſcribere non tenetur. *Mem.Viſit.1595* Den Bottenmeiſter betreffend. §.*3.* & ſic proclama, dum requiſita ſubſcriptio deficiat, contra citatum non comparentem denegatur, nec in contumaciam proceditur. Imo ſi in cauſis appellationum fieret, effluxis introducendæ fatalibus, & denegato proclamate, præter inutiles adhibitas impenſas, tota caderet cauſa, in aliis ſumptus tantum perdit, & tenetur nouum petere reſcriptum, & denuo inſinuari facere *Schvvanman.1. proceſſ 22. numer.3.*

Copey.

Vide *infr. lit. T.* Tranſſumiren. Copey/ *Copia, Exemplar, tranſſumtum, vidimus, abbreuiatura, &c.*

Copia ſeu exemplum etiam in Archiuo poſitum & repertum, non probat. Gabriel.*de probat.concluſ.5. lib.1. n.19.* Corne. *concluſ.* ex Dec. *in auth.ſi quis in aliquo.* vbi communiter Doctores *C. de edendo.* Bertrand.*conſil.7. & conſil. 23. libr. 4.* vbi vult, tale exemplum probare contra producentem, non pro eo. Vide *concl. Molina. in tract.Pariſ.*§.*2.n.48.*

Fallit hoc in copia Vrphede/ quæ etiam non collationata, probat Tilman. *de Benign. in Apoſpaſm. ovv. pentec. 3. obſ.4.* & Gylman *tom.3. Symphorem. fol 345. & 352.* vbi ait: Copiam nullam vim probationis facere. *l.3. de fide inſtrum*, Fran. Marc. *q.493.n.5. part. 1. de iſ.* maxime ſi pars ſe opponit, alias interdum ſimplex copia probat

probat propter difficultatem habendi originale. *Graueta conſil. 151. part. 1.* Iura autem proxime allegata loquuntur de copia vel ſcriptura, quam quis pro ſemetipſo ſcripſit, quę nullam fidem ſeu probationem efficit, niſi corroborata ſit duobus teſtibus: ſed quando eſt copia talis, quæ pro alio eſt ſcripta, aut ſcriptura, quam quis partim pro ſe, partim pro alio ſcripſit, ſi à ſcribente producitur, probat. *Damhoud. prax. ciuil. c. 175.*

Copia non recognita an probet, vide *Meichſn. tom. 1. deciſ. 12. n. 119. fol. 222.*

Curmede.

Curmedica bona, *Curmede*, lebendige Curmede/ in lingua & Ducatu Iuliacenſi, im Hertzogthumb Gülich/ ſunt bona quaſi feudali, emphyteutica, quæ ſcilicet requirunt inueſtituram. Sed ſi defunctus reliquit ſucceſſorem filium, tunc ille ex equis habet optimum, ex bobus optimum: dominus ſecundum pro inueſtitura. Et quando dominus ita capit aliquid ex rebus animatis, puta optimum vel ſecundum, appellatur Lebendige Curmede.

Bona Curmedica interdum etiam canonem ſoluunt annuum, ſcilicet vnum par caponum vel anſerum. *Tilm. de Benign. Apoſpaſ. Cur. Pentecoſt. 3. obſ. 5.*

Simile huic iuri der Curmede/ & fere idem eſt in Franconia das Hauptrecht/ quod ius eſt hominum quaſi propriorum, daß ſie nach jhrem Abſterben/ equum, bouem vel vaccam, aut aliud animal dem Lehenherren verfallen vnd löſen müſſen. Fere tamen ex æquitate ſoluunt certam pecuniæ ſummam, vnd wirdt das verfallene Haupt oder Vieh vmb halb Gelt/ oder den dritten Pfenning gelöſt. Vide *Meichſner. deciſ. Camer. tom. 1. deciſ. 20.* vbi integrum votum Von Curmündigen Gütern. & *infr. verb.* Hauptrecht. *lit. H.*

D.

Darneben.

DIctio Darneben/idem eſt quod *propterea.* Vide *Gylman. tom. 1. par. 2. Symphorem. fol. 120. n. 115.*

Dingpflichtig.

Qui ſortitur forum ex contractu, vocatur Dingpflichtig/ itemque qui ex pacto, Handgelübde/ conuenitur. Is enim non poteſt ſe iuriſdictione eximere. Nam vt maxime ibidem non habeat ſuum focum ac fumum, ſeinen Rauch vnd Heerd / vel reſidentiam: tamen ex quo ſolutionem eo deſtinauit, ſaltem ratione rerum in territorio citantis ſitarum, ad euitandam in iis cognitionem, etiam pro perſonalibus actionibus ibidem comparere, & defenſiones ſuas proponere cogitur. *Boxdorff. in annotat. marginal. ad gloſſ. verb.* Der da dingpflichtig. *in fin. lib. 3.* Landrecht. *art. 61. ibi:* Gerichts ſollen werten alle dingpflichtige. Vide etiam *Coler. de proceſſ. executiu. par. 1. c. 2. n. 270. Oldendorp. de action. claſſ. 4. act. 28.*

Dingnottul/Dienſt/Allerdienſte/vnd vngemeſſene Dienſte/Frohnen/Frohndienſte.

Ex conſuetudine Germaniæ operæ ac ſeruitia ſubditorum bifariam conſiderantur. Quædam enim ſunt certæ, diſtinctæ ac limitatæ operæ, ad certum tempus reſtrictæ, & ad alias circumſtantias determinatæ, geſatzte Dienſt/ gemeſſene Frohnen/ videlicet, quod in menſe ſemel vel toties in anno domino ſeruire, & operas præſtare debeant, benahmbte Schnittage/ Frohntage/ Hewtage/ etc. quam determinationem in ſuis terris Elector Saxoniæ ſibi faciendam reſeruat: vbi vero certa pacta vel tranſactiones cum ſubditis adſunt, ea ſeruari præcipit. *Nouel. Elect. August. part. 2. cap. 52. ibiq. Daniel Moller. in Commentar. & 2. Semeſtr. 32.* de his rara eſt diſceptatio. Aliȩ ſunt incertæ, indiſtinctæ, indeterminatæ, nulloque certo tempore circumſcri-

ptæ

ptæ operæ, vngemeſſene Frohnen / quæ ex Dominorum arbitrio pendent, & toties in anno præſtari debent, quoties exiguntur iuxta pacta curialia, vulgo Dinckrottel / *Geil.2.obſ.62.n.2.* vel iuxta conſuetudinem regionis, völlige Landübliche Dienſte / de quibus ſæpiſsime oritur diſceptatio, præſertim, cum Nobiles generatim veſtiuntur mit Frohnen vnd Dienſten.

Etſi igitur alicui indefinita ac indeterminata ſeruitia, vngemeſſene Dienſte / & vniuerſaliter Aller Dienſte debeantur, nihilominus, vel ſecundum antiquam formam & modum, vel ſi de eo non conſtaret, ſecundum conſuetudinem & morem regionis, ac ſubditorum poſſe, exigenda ac præſtanda ſunt, tum etiam Iudicis officio, vel boni viri arbitrio modificanda & definienda. *Dd.in l.ſi ſic legatum.§ ſi mihi.de legat.1. Alexand.in l.locus. de adquir.poſſeſſ.Bald.in c.fin.de prohib.feud.alienat.per Frideric. Speculat.in tit.de cenſib.& de offic.iudic.& tit.de maioritate & obedientia. §.1.verſ.ſæpe.& ſeqq.* De hiſce indefinitis ſeruitiis, von vngemeſſenen Frohndienſten vide votum *in cauſa* Pullendorff *contra* Zollern *Anno 1568.*

In licitis & honeſtis alias non tenetur ſubditus domino ſeruire, vide *Aimon.Public.in conſuetud.Auern.tit.25.act.18.nu.4. & ſeq.& Geil.2.obſ.62.* & cum operæ ſint officium diurnum, igitur nocturnæ non niſi neceſſitatis tempore, aut ſi ita conſuetudine præſcriptum vſuque probatum, præſtandæ. *Huſanus in tr.de hominib.propr.& hodiern.ſeruor.in lib.c.6.n.96 & ſeq. Nouel.Elect. Auguſt.p.2.conſt.51.*

De quæſtione, an ruſtici die feriato Bottſchafft lauffen müſſen / diſputatum eſt Ienæ in Curia prouinciali, *Anno 1601. in cauſa* Puſter *contra* N. Vide *Coler.part.1.proceſſ.executiu.c.9.n.68.* Et an illorum factorum, quæ debentur indefinitiue, vngemeſſene Dienſte aliqua ſit diuiſio? Vide diſtinguentem Goddæum *in l. recte.25.n.21.de V.S.* Wehner.*in l.192.cod.* & Zaſium *par.12.de feu. n.15.& 18.*

Si annuatim ex conuentione loco ſeruitiorum, pecuniam vel frumentum pendit ruſticus ſeu colonus, an elapſis 30. annis

Digitized by Google

nihilominus volente Domino & iubente ſeruitia præſtare teneatur? Quod adfirmat *Huſanus d.tr.de homin.propr.c.2.n.32.* idq; expreſſe cauit Elector Brandenburgenſis non obſtante præſcriptione, in ſuis conſtitutionibus, *vt teſtatur Kæppen d.q.13.n.11.* quod & in Camera Imperiali adprobatum refert *Myns.3. obſ.13. Geil.2.obſ.73.n.1.Boer.deciſ.33.n.4.Fulgoſ.conſil.164.n.1. Coler.ad c. auditis.n.12. & ſeqq.de præſcription.*

Si nobiles emunt bona ruſticorum, **Bawrengüter** / an ea ſeruitiis & oneribus maneant obnoxia, & non minus ab emtore nobile quam à ruſtico præſtanda, quæritur? Adfirmat *Natta conſ.460.n.16.Grauet.conſ.642.n.4.* cum & Eccleſia emtrix hoc facere teneatur.*c.ſi tributum.11.q.1.c.tributa.23.q.8.* Surdus *deciſ.262. n.4.* vbi dicit, idem obſeruari in forenſe. *Menoch.conſ.444.nu.22. lib.5.* Ratio eſt, quod qui ſentit commodum, ſentire etiam debet onus. Cum igitur Nobiles participes ſint commodorum communitatis **aller gemein Recht vnd Nutzungen**/ æquum eſt, eos non reſpuere ſeruitia, maxime vicina, **Nachbardienſte**/ **Gemeindienſte**. Hinc expreſſe ſtatutum eſt **in der Sächſ. Weinm. Landsordnung.** *tit.36.* ne Nobiles emant bona ruſtica eo fine, vt immunitatem ſibi perſuadeant, ſed onera, quibus bona adfecta, ſuſtinere coguntur, ne ipſi emolumenta ruſticorum & pauperum euidenti diſpendio ſibi quærant, *c. conquerente. de offic. ordinar.* Non enim in præiudicium & perniciem aliorum eiusmodi bona paganica, **Bawrengüter**/ Nobiles emere & recognoſcere poſſunt. *Grauet.d.conſ.642.n.4.* non enim reſpicitur hoc caſu, vt dominus loci vel Nobilis, ſed vt poſſeſſor & emtor bonorum ruſticorum, vt ergo vult antecedens, ſic non fugiat conſequens. *Grauet.d.conſ.n.21. verſ.tertium.*


Appellantur autem operæ ruſticorum, **Frohndienſte**/ à Sacro, quaſi ſacræ libertatis, quæ per manumiſſionem contigit, remuneratio, *argument.1.* **Landrecht.** *art.53. & 3.* **Landrecht** *56.*

Exemplum manumiſſionis inſigne vidi Aureliis in Gallia, ad dextram introitus Eccleſiæ cathedralis *à Sainct Croix, ad Sanctam crucem* dictæ, vbi olim ſeruos libertate donare moris

erat,

Digitized by Google

erat, quod & iuri noſtro & ſacris conſtitutionibus conſentaneum, quo nimirum ſerui in ſacroſanctis Eccleſiis manumittebantur. *l.1.l.2.C.de his qui in Eccleſia manumit.* Ita autem tribus lapidibus inciſum ibi legitur:



Hoc vltimum A vix ob antiquitatẽ hodie videri poteſt.

Hoc eſt: *Ex beneficio Sanctæ Crucis per Iohannem Epiſcopum & per Albertum Sanctæ Crucis Caſatum, factus eſt liber Letbertus, teſte hac ſancta Eccleſia.* Cuius antiquitatis meminit etiam Fornerius Aurelianenſis Gallus *lib.1.ſelect.c.4.* Sed ego literas, prout hodie etiamnum extant, deſcripſi, ac venerandæ antiquitatis ergo hic adpoſui.

Redeundo nunc ad Operas noſtras, præſtantur illæ à ruſticis de prædiis, quæ colunt: & non tantum nummos vel groſſos aliquot pro cenſu, Silberzinß/Schatzung/Zinßgelt/ ſed & interdum aliquot modios frumenti, Sackzehend/Gült oder Pachtgetreyde / alibi gallinas, anſeres, Zinßhüner / Faßnachthüner/

Rauchhüner/Herbſthüner/item ceracenſus, Wachßzinß/oua, Faßnachteyer/Weiſat/caſeos, Pfingſtkäſe/ꝛc. ſed etiam fere operas, Frohnen/ii quidem, quibus tantum agri à dominis conceſſum eſt, vt equos vel boues aratores, Zugvieh/Pferd oder Ochſen alere poſſint, qui appellantur Außſpanner/Pferdener/oder Hufner/ præſtant Pflugfrohn/Frohndienſte/Wagendienſte. *Kæppen q. 13. n. 1.* Bawführen. *ſup. lit. B. verb.* Bawführen. (qua de re multis in locis peculiares extant Ordinationes, Landsordnung SachſenCoburg. *art. 35.* Wer drey Hufen Landes hat/ſoll vier Pferd/vnd der anderthalb oder zwey Hufen hat/zwey Pferd halten/damit die Landsfolge/Heerfarte/vnnd Frohndienſte gebürlich beſtellt werden/ niſi aliter conſuetudine obtentum eſſet.) Pauperiores vero, qui in patria non habent integram hubam vel manſum, expediunt operas ſaltem manuarias, Handdienſte/mit Arbeiten/Handfrohnen/Getreyd abſchneiden/Hew machen/ ꝛc. qui nominantur Sölner/Hinderſiedler/alibi Kotener/Kotſaſſen. Vide *Huſan. d. tract. c. 6. n. 53. 64. & ſeqq. & c. 7. de iuris in ruſticos conſtituti effectibus. & c. 8. de modis quibus diſſoluatur.* qua in re locales conſuetudines imprimis attendendæ, & ad fontes æquitatis ita attemperandæ ſunt, vt neque dominorum ſæuitia nimia ſæpe alatur, neque effrene genus ruſticorum ad petulantiam excitetur, quod non tam ſimplex eſt & quietum, vt olim. *Cicero pro Sex Roſc. l. 3. C. de defenſ. Ciuitat. Menoch. 5. præſumt 4. n. 5.* Sed vt quondam ſerui, ita hodie ruſtici fere ſunt verſuti, & vltimi prioribus peiores. *Petrarch. lib. 2. de remed. vtr. fort. dial. 59. Bart. in l. 1. C. ſine cenſ. &c. & in l. 2. Cod. quando lic. ab emt. Aretin. conſil. 115. in fin. Neuizan. libr. 4. Sylua nuptial. n. 6. Iaſ. ad rubr. C. ne ruſt. ad obſ. deuoc lib. 11. Menoch. 2. arb. iudic. q. 194 Bonacoſſ. tract. de ſeru. q. 140. n. 3. Maſcard. de probationib. vol. 3. concl. 1286. n. 6. Coler. de proceſſ. executiu. p. 1. c. 9. num. 57 & ſeqq. Geil. 2. obſ. 62. n. 12. Iacob. de S. Georg. tract. feud. rubr. de Rhoydiis. VVeſembec. conſ. 40 n. 2. & ſeq.* Quomodo contra iniuſtas dominorum exactiones defendi poſſint ruſtici, vide *Geil. d. 2. obſ. 62. & de arreſt. Imper. c. 10. n. 4. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 4. nu. 14. & ſeq.* Von Ritterdienſten vide *inf. lit. R.* Ritterdienſt. Von Bawführen vide *ſup. lit. B. verbo* Bawführen.

Doch

Dochalſo.

Quando ponuntur hæc verba, **doch alſo** / videndum eſt, cuius effectus, an ſcilicet diſpoſitiue vel narratiue poſita ſint. Quia verba enarratiua per Iudicem minime attendenda. *gl. in l. antepen. C. quando non petent. port. pet. adcreſc.* eamq; vocem comminationem potius quam adſertionem denotare, vel potius admonitionem tradit *Rot. deciſ. 131. in nouo tit. de condit. appoſit.* & potius ſignum continuatiuum, quam conditionem demonſtrans, *vt habetur in l. 2. de procurat. gl. in c. non poteſt. de R. I. in 6. c. 1. §. vlt. de foro competent. Gylman. tomo 3. Symphorem. fol. 110.*

An autem verba enunciatiua facta (in recentioribus vel antiquis) plene probent? Vide Meichſner. *tom. 1. deciſ. 41. n. 4.* vbi in recentioribus negat, & *n. 5.* vbi in antiquis diſtinguit. *fol. 662. & ſeqq.*

Dicuntur autem verba enarratiua vel enunciatiua illa, quæ continent præambulum vel procemium, in quibus non conſiſtit voluntas, ſeu per ſe non ſtant, & non ſunt verba principalia orationis. *Matth. de Afflict. deciſ. 83. n. 1.* **als wann in einem** Priuilegio **oder** Confirmatione **etwas geſetzt wirt** narratiue, **ſo wirt ſolche Erzehlung genannt** enunciatiue. Verbi gratia: H. **iſt in** N. **Jurisdiction gelegen / ſtehet in einer Confirmation.** vbi videndum, an eiusmodi verba diſpoſitiue an narratiue poſita ſint.

Dorffsherꝛſchafft.

Vide *infra* **Vogtey.** *n. 39.*

Drittheil.

Vide *inf. lit. Z.* **Zweytheil.** *lit. T.* **Theilungerecht.** *& lit. V.* **Verfangerecht.** In Franconia legitima liberorũ, plures an pauciores ſint liberi, ſemper eſt bes, h. e. octo vnciæ: non triens aut ſemis, & vocatur **der drittheil / dz iſt / 2. zweytheil / welche den Kindern gebüren** loco legitimæ. **Der dritt zweytel** parentib. debetur, & vocatur **Zweytheil.** Tota enim hereditas iure Franconico in tres partes

diuidi-

diuiditur: quarum duæ debentur liberis loco legitimæ, tertia apud patrem ſuperſtitem remanet. Quæ diuiſio cum ad aſſis nomen reuocatur, Triens parenti & Bes liberis conſtituitur. Porro conſtat illa hereditas ex bonis vtriusque coniugis tam viuentis, quam defuncti. Deberi incipit, cum parens vel teſtamentum facere vult, vel nuptias ſiue iuſtas ſiue iniuſtas iterare. Nec refert, plures ſint liberi an pauciores, & an ipſi parentes naturales rechte/ an adoptiui rechtgemachte oder eingeſetzte Vätter exiſtant.

Hæc conſuetudo multis abſurda, ac iniquiſſima, & tam liberis quam parentibus non raro damnoſiſſima videtur. Eam igitur examinabimus.

Habet autem quinque, in quibus à iure communi diſſidet. I. eſt quantitas legitimę deß drittheils. II. Succeſſio in bona eius, qui ſupereſt. III. Facultatis teſtandi immutatio. IV. Æquatio vnius & plurium liberorum. V. Æquatio naturalis & adoptiui parentis.

Quoad primum & quartum, nulla eſt inter ſubditos controuerſia, (ſcilicet inter ſubditos Franconiæ,) nec ex iure Romano aliqua moueri poteſt, vtpote ſub cuius initiis nulla erat legitima, iuxta Doct. vti quiſq; legaſſit ita ius eſto. Multo ergo magis introducta augeri vel minui potuit, ſicuti etiam poſtea non ſemper æqualis illius portio, nec idem liberorum numerus obſeruatus eſt. Quidquid igitur Romanis licuit, ad finem, quem ſibi pro tempore propoſuerant, conſequendum, licuit & aliis gentibus, quod ſibi vtiliſſimum ſtatuiſſent, communi vſu introducere, eademque autoritas, quæ moribus maiorum Romanorum attribuitur, quod digniores quam ſcriptæ LL. habiti ſunt, debet & moribus Francicorum tribui, qui illis prudentia & virtute non ceſſerunt. Ratio autem vt digniores habeantur, ea eſt, quod LL. latoris & autoris exiſtimatio, aliaque multa ſuffragia populo plerunque extorqueant, vt legem parum vtilem iubeat: Quod vero ciuitas communi vſu probat, duce ratione obſeruari videtur, ea nimirum, qua ſinguli hoc elegerunt & ſequuntur, quod

Digitized by Google

quod ſibi & poſteris ſuis commodiſſimum & tranquilliſſimum arbitrati ſunt.

Secundum controuerſiam non habet exiguam. Cenſet enim quidam, (notatur Nicolaus **Diener in Landsbräuchen.** *fol. 5.*) ea conſuetudine, qua legitima non ſolum ex bonis defuncti, ſed etiam viuentis, percipitur, iniuriam fieri non tantum parentibus, ſed & liberis, qui poſtea nati fuerint: illis, quia adſtringuntur in vita ſua bona, quibus ipſimet opus habent, liberis cedere, inuerſo iuris ordine, quo mortuis, non viuis ſucceditur: his, quia non æquali iure parentibus ſucceſſuri ſunt. Fieri enim poteſt, vt liberi prioris matrimonii pauciores ſint, & ſæpe non niſi vnus: ſecundi vero plures, quo caſu vnus duas partes accipit, reliqui non niſi tertiam. Ad ea poſtea reſponſurus ſum, ſi prius quæ huius conſuetudinis ratio ſit, conſiderauero: Eam duplicem eſſe arbitror: 1. vna, qua bona inter liberos olim communia fuerint. 2. altera, qua vxor, quæ viro in manum venerat, alter alteri ſuus heres fieret, h. e. non aliter haberentur, quã ſi alter ex altero natus ſit. Quæ leges non ſolum veterum Romanorum, ſed & Francorum fuiſſe, ex multis locis non obſcure intelligitur. Addi poteſt & tertia, qua liberi vna cum parentibus bonorum domini conſtituuntur.

Quamobrem cum ſuperſtes parens vel teſtamentum facere vult, vel nuptias iterare, hoc eſt, quantum in ſe à communione illa, in qua exiſtunt, diſcedere, fieri non poteſt, quin in ſolutionem legitimæ vtriusque hereditas veniat. Communibus enim bonis exiſtentibus, non poteſt diuiſio niſi ex vtriusque bonis fieri. Dicam clarius: Contractus nuptiis initus quaſi quædam confuſio bonorum in vtrumque coniugem, & alter alteri ſuus heres, h. e. filii vel filiæ loco eſſe incipit, quo iure ad conciliationem amoris nihil eſt efficacius, & ad amplificationem rei familiaris nihil vtilius. Naſcuntur in eandem communionem & ſuitatem communes liberi, cuius ratio cuiuis communiter nota eſt. Hic parentes & liberi ſibi mutuo non iure tantum ſucceſſionis obſtringuntur, ſed & communi iure, niſi

M quod

Digitized by Google

Ad iurisdictionem foreſtalem pertinet etiam die Heynung der jungen Gehew zu gebieten. *argumento eorum, quæ notat Iohann. Faber in Inſtit.de L. Fuſ.Can. tollend.* Item die Abſchaffung ſpitziger Zäun/ wie auch das Gebott die Hund zu brügeln. Item die Frohndienſt / ohn welche die Jagden nicht können verricht werden/ als die Haltung der Hund/die Führung der Netzgarn vnd Hund/ vnnd daß die in dem Bezirck der forſtlichen Obrigkeit geſeſſene Vnterthanen/ zum jagen zu helffen vnd zu dienen ſchuldig ſeyn. Item Forſtknechtshäuſer auffzurichten vnd auffzubawen. *l.veluti fin. de ſeruitut. ruſtic. prædior, Gail.2.obſ.68.Hartm.Piſtor.q.13.n.42.lib.2.p.1.* Item Wald vnd Holtzordnungen zu machen. *Bart.in l.omnes populi.de iuſt.& iur.* vnnd die Verbrecher der Wald, Forſt, vnnd Gejagtordnungen zu ſtraffen. *Choppin.lib.3.tit.7. Iacob.de S. Georg. de feud. §. de venationnum.9.*

Ius venandi an ſit ſeruitus perſonalis, an realis? *Geil.2.obſ. 66.* vbi dicitur, quod ſit realis ſeruitus & prædialis, cauſam habens diſcontinuam, ex communi conſuetudine Germaniæ. *Meichſ.tom.3.deciſ.33.n.18.fol.1043.& n.32 ib.*

Fructus ſylua venatoriæ cuius ſint, an domini ſyluæ, an vero eius, qui ſeruitutem in ea habet pro alimentis ferarum, vt ius glandis legendæ? *Geil.2.obſ.68. P. Frider.2.de mandat.iudic.c. 41.n.2.& 3.* Das Wildobs oder Geäcker iſt in dubio den Forſtrechten anhengig / *ſecundum Papienſ.in forma libelli, pro legato rei ſingularis.in verb.coram vobis n.118. Idem ſenſit Mar. Salamin, in l.1. §. ius natura-*

naturale.n.1.de iuſt.& iur.Geil.2.obſ.68.n.3.& 4. Noe Meurer Vom Forſtrecht. Forſtordnung der Graffſchafft Hohenlohe. idque probat mos Sueuiæ, Bauariæ,&c. Item iſt dem Forſtrecht anhengig die Macht zu verbieten/die Geyſen vnd Schaff in die Forſt nicht zu treiben/ *per ea quæ iam diximus.*

Nec illud prætereundum; daß zur forſtlichen Obrigkeit gehöre / die Waldordnungen publicirẽ/ vnnd den hohen oder kleinen Wildban männiglichen abzuſchaffen / vnnd zu verbieten. Item die Wechts vnd Forſtknecht anzunehmen/ vnd wider abzuſchaffen. *l. etiam.§.licet.ſol.matr.l.in re mandata.C.mand.* Welche pro defenſione Büchſen zu führen haben. *l.1. vbi Dd. C.vt armor.vſus.&c.lib.12.* Et hæ iam dictæ ſpecies de conſuetudine fere ad iurisdictionem foreſtalem referri ſolent. Quæ conſuetudo regionis & vicinorum Nobilium in hiſce rebus eſt ſpectanda. *Decius conſi.197. col.2.Chaſſ.in ad conſuetud.Burgund.rubr.13.§.7.in fin. VVeſenb.conſil. 95.n.23 Geil.d.obſ.68.lib.2.*

An dominus ſyluæ ſeruitutem venandi deteriorem facere poſsit? *Geil.2.obſ.67.* & an ex ſylua agrum facere poſsit? *ibid.n. 10.P.Frider.2.de mandat.indic.c.41.n.6.* qui negant. Vide & *Gilken, de vſucap.& præſcript.p.1.c.6.n 99.& ſeqq.*

Turbatus in iure venandi quomodo agere poſsit? *Geil.2. obſeruat.66.n.13.Meichſn.tom.2.p.2.deciſ.2.*

Quod venatio hodie inter fructus iurisdictionis, nedum fundi referatur, vide *Knichen de ſublim.territor.c.4.n.297. & de iure Saxon.c.5 fol.139.& de pact.inueſtitur.part.2.cap.2.n.21. Modeſt. Piſtor.q.13.part.1.*

Notandum etiam, quod in Germania multis in locis, pluribus ius venandi in eadem ſylua competat, diuerſis tamen reſpectibus, ſcilicet huic ius venandi minores feras, die Jagtsgerechtigkeit an Haſen/Füchſen/oder Rephüner/ꝛc vnd kleine Weydwerck. Verbum enim Weydwerck generale eſt. *Noe Meurer de iure foreſti.part.2.fol.15.* Alteri maiores, Grob oder ſchwartz Wildpret/ & ideo quilibet intra præſcriptos fines ſuæ ſeruitutis ſe continere debet: ſecus ſi fecerit, recte pignora capiuntur, & turbato

actione confeſſoria directa vel vtili conſulitur. *Gil. tract. de pignorat. inf. & 2. obſ. 66. n. 13. Meichſn. tom. 2. part. 2. deciſ. 2.*

Alia enim eſt venatio vniuerſalis, die hohe Jagd / deß hohen / groben / ſchwartzen vnd rothen Wildprets / quæ etiam vocatur die Hauptwildban. *Dicta* Churf. Sächſ. Landsordn. *1531. fol. 28. & 25.* Item Hauptwildfuhr / ſchwartz Wildpreth / als Bern / Säw / ꝛc. roth Wildpreth / als da ſind Hirſch / Gewild / ꝛc. *Meichſn. d. deciſ. 2. f. 125. in fin.* & alia eſt venatio particularis, deß kleinen oder nidern Wildprets / als da ſind Haſen / Füchß / Aichhörner / Rep- oder Feldhüner / vnd alles Federwildpret vnd Gevögel / groß vnd klein / Item Rehen / die Beiß mit dem Habich vnd Sperber / Item ein Vogelherd zu bevoglen haben / vnd dergleichen / hoc eſt, quę concernit perdices, vulpes, lepores, &c. (eſtque conſuetudo Germaniæ plusquam notoria, quod Nobilibus liceat lepores venari in ſuo, deß die vom Adel die Haſenjagt oder Niderwildpreth haben. *Meichſner. dict. tom. 3. deciſ. 33. n. 87. f. 1069.* In Franconia Nobiles intelligere volunt vnter den kleinen Wildban ſey Hetzen / Hüner / Haſen / Rehe / Enten / Krammatsvögel / vnd alle andere Vögel zu fangen / vff Herden / in Garnen vnd ſchieſen jhres Gefallens. Vnd do jhnen auch ein Hirſch / Kalb / oder Freiſchling in Rehe- oder Haſengarn einfallen würde / ſoll das jhr / vnd nicht deß Hohenwildbansherrn ſeyn / quod tamen diſputabile eſt.) Hinc colligitur, malam eſſe conſequentiam: Ich habe Haſen vnd Füchß zu jagen vnd zu hetzen / vnd daſſelbe præſcribirt. Ergo ſo hab ich auch das hohe Wildpreth zu fangen. Hoc eſt, *Ius mihi eſt lepores & vulpes venandi, & illud ex præſcriptione. Ergo venatio vniuerſalis ſeu maiorum ferarum mihi quoque competit.* Sunt enim hæ ſpecies diuerſæ, nec de vna ad aliam recte infertur, ſicut nec de vna ſpecie iurisdictionis ad aliam. *argum. c. cum olim. & cap. auditis. de præſcriptionibus. cap. cum contingat. de decimis.*

Tantum enim præſcriptum, quantum poſſeſſum. *Innocen. in c. tua iam. de decim. Felin. in c. auditis. de præſcript. Alexand. conſil. 122. in fin. lib. 4. Pariſ. conſ. 114. n. 24. vol. 1. pulchre Brixienſ. c. 78. nu. 16.* Meichſner. *d. deciſ. 33. n. 24. f. 1045.* vbi & *n. 27. f. 1046.* ait: Der hohe

Wild-

Wildban oder das hohe Wildpret *dicitur vniuerſalis foreſtæ venatio*, vnd das kleine oder nider Weydwerck *dicitur venatio particularis iuris foreſtæ*. Quæ diſtinctio nonnunquam expreſſe in conceſſione venationis obſeruatur, Doch behalten wir vns bevor die hohe Jagt/ſchwartz vnd roth Wildpreth/wilde Pferde/ꝛc. Conceſſa igitur venatione, ima tantum intelligitur die nidere Jagt/ das klein Weydwerck; cum ſuperior venatio ceruorum, ceruarum, aprorumque, hohe Jagt/ſchwartz vnd roth Wildpreth ad regalia referatur, & ſpecialem expreſſamque conceſſionem deſideret. *Schrader. de feud. part. 3. c. 4. n. 47. tom. 1. Knichen de iure territor. c. 1. n. 272.* quod vſus Germaniæ firmat. Knichen *2. de inueſtitur. 2. n. 38.* vbi diſputatum ait: An conceſſa ſuperiore venatione, roth vnnd ſchwartz Wildpreth/ conceſſa quoq; ſit venatio vrſina, Bernjagt? Et quia dicta venatio non eſt de genere ſpecierum permiſſarum, hoch/ſchwartz vnd roth Wildpreth/ ſed ſpecies ſeparata. *Noe Meurer d. p. 2. fol. 16. & 32. in fin.* ſequitur, ita inueſtitum non habere Bernjagten/ cui adnumerantur Wölff vnd Lüchſe / & vocantur ſchädliche Thier/ à damnis & deuaſtationibus. Vide Guilhelm. Benedict. *in c. Raynutius. verb. & uxorem nomine Adelaſiam. n. 314. & ſeqq.* vbi ſingulorum indolem pertractat. *extr. de teſtam.* Requiritur igitur ſpecialis & diſerta conceſſio venationis aprinæ. Cum enim de conſuetudine eius iura ad ſpecialia regalia Foreſti, zu einem ſonderbarn forſtlichen Regalſtück vnd Herrligkeit referantur, liquet in genere non tranſire, quod Princeps vix ſpeciatim, & in ſingularem gratiam concedere ſolet. *c. in generali. de R. I. Surdus conſ. 210. n. 58. lib. 2.* quemadmodum die Riedeſel Nobiles Haſſiæ fere primarii ſingulariter veſtiti ſunt venatione aprina. Idque hodie ita vſus obſeruat, quamquam olim aprina venatio omnibus conceſſa erat, *per Conſtit. Friderici Ænobarbi lib. 2. tit. 27. §. 5. verſ. nemo retia.* vt & vrſorum ac luporum venatio. *d. lo. in conſuet. feud.*

Iurisdictio ſyluatica ſeu foreſtaria, qua Principes Imperii ſunt decorati & veſtiti, mit dem Wildban vnd forſtlichen Obrigkeit/ conſtat ſuis fructibus & commodis, Waldnutzungen. *Sichar. conſil.*

conſil.5.n.3.part.5. Vnde in territorio ſimultaneo commoda foreſtaria, vt cæſura, glandes, pœnæ, &c. cedunt Principi venationem ſibi ſoli adſerenti, adeo, vt interdum Nobilis iurisdictionem ciuilem & criminalem habens, venationem tamen non habeat, ſed ea Principi vel aliis Nobilibus aut Præfecturis competat.

Simultanea venatio, vulgo Ruppeljagt / duobus competere poteſt: vni, qui iurisdictione munitus eſt, alteri, cui quidem iurisdictio non competit, at æqualem venationem ſimul habet. *Knich. 2. de inueſtitur. 2. n. 54.*

Licet autem Petrus Heigius *q.15.n.62. part.1.* ſupradictam diſtinctionem inferioris & ſuperioris venationis olim incognitam, nouiterque à Syluanis & Satyris adinuentam adſerat. In eo tamen errat, cum multorum ſeculorum vſu ſit firmata. Patet enim fere ex inueſtituris, quod exercitium venationis Nobilibus conceſſum de inferiori tantum intelligatur, ac vſurpetur, cum ex vſu & conſuetudine declaretur conceſsio. *Socin. iun. conſ. 33. n. 29. vol. 3.* Quod ſi de nouo Princeps concedat venationem, ſuperior ſemper reſeruata cenſetur, niſi ſpeciatim exprimatur, vt *ſupra* dictum. Knichen *d. lo. n. 83.* confirmat Sachſen Coburg. Landsordnung *tit. 29. circa fin.* vbi dicitur: Außgenommen das hohe Wildpreth/ſo ferrne das jemand zu ſagen befugt rc. ibidemque ſemper excipitur die Wildfuhr vnd Gehege. Vide & *tit. ſeq. 30.* vbi von Roden vnd Verwüſtung der Gehültze. & Vinarienſem Conſtitut. *tit. 34.*

Nec dubitandum, hodiernis moribus venationem regalibus computari, vt totius Germaniæ conſuetudo & literæ inueſtiturarum atteſtantur. Nullis enim venatio competit, niſi mediate vel immediatis inueſtitis. *Modeſt. Piſtor. conſ. 14. n. 23. & 27. vol. 2. Schrader. de feud. p. 3. c. 4. n. 47. tom. 1.* Deinde Principes inhibitionibus ſeu mandatis conſtituta in transgreſſores pœna ſibi ius venationis adſerunt. *Mandoſ. de inhibit. q. 62. nu. 7. Schapp. de iure non ſcripto lib. 2. c. 33. num. 8. Decian. reſp. 22. n. 22. vol. 4.*

Atque hinc eſt, quod hodie ferarum captura furto æquipara-

paratur, adeoque feram capientes Wildpretsdiebe/Wildſchützen/ non ſecus atque fures laqueo appenduntur, quæ pœna licet durior videatur, conſuetudine fere recepta. *Cephal. conſil. 621. lib. 5. n. 14.* nonnullis tamen in locis mitigata eſt, ſecundum gradus pœnarum. Vt enim Carolus V. Imp. opt. max. præſertim in furto pœnarum gradus conſtituit, vt alia pœna ſit primi, alia ſecundi, & tertii alia. Idem hoc caſu attendendum. Vide late *Knichen de pœnis* der Wildſchützen. *in tract. de iuris Saxon. priuileg. appell. verb. Ducum. §. 5. n. 206. & ſeqq.* Lipſenſes olim pœnam numellarum den Pranger/ & ſtigmatis inurendi in frontem cum perpetua relegatione pronunciarunt den Wildpretsdieben. *deciſ. 158. vol. 1.* atque ita Ienenſes pronunciarunt anno 1563. menſe Ianuario, prout etiam ita facta eſt exſecutio, *teſte Coler. deciſ. 216.* Vide hac de re *Petr. Heig. part. 1. q. 15. Pruckman. de regalib. §. venatio. Roſenthal. de feud. cap. 5. concluſ. 94. Modeſt. Piſtor. illuſtr. quæſt. 15.*

Frawen vnd Jungfrawen.

Appellationis Frawen/ hoc eſt, mulieris, fere triplex eſt in iure ſignificatio. 1. generaliter ſignificat omnem perſonam ſexus fœminini. *l. pronunciatio. de V. S.* 2. ſumitur pro viripotenti virgine. *l. 13. eod. tit.* 3. mulier proprie ſignificat maritatam ſeu corruptam. *l. alioquin. §. 1. de contrahend. emtion. l. ex emto. § ſi quis virgin. de action. emti. l. 2. de ſeru. corrupt.*

Sæpe tamen vtrumque nomen & virginis & mulieris coniunctim ſimul ponitur, Frawen vnd Jungfrawen. *d. l. alioquin. § fin. de contrah. emt.* Hinc Schurff. *conſil. 73. num. 3.* reſpondit, ſub priuilegio, quo in defectum filiorum ius conceſſum eſt filiabus, his verbis, Frawen vnd Jungfrawen comprehendi etiam maritatas. Sic Vlpian. *in l. argento. § ſi mulier. de auro & argent. legat.* docet: Si quis muliebrem veſtem legauerit, non corruptæ mulieris ſolum, ſed etiam puellæ & virginis legatam veſtem videri. Sic & mulieribus legatis, debentur tam puellæ & virgines, quam corruptæ mulieres. *l. ſeruis legatis. § mulieribus. de legat. 3.* Teſtator

Digitized by Google

enim magis ad ſexum, quam ad ſexus qualitatem reſpexiſſe cenſetur. Nam & ipſe Dn. Chriſtus matrem ſuam, quamuis virgo eſſet, γύναι ſiue mulierem appellauit. *Ioh. 2. v. 4.* Vide & *1. Timoth. 4. v. 3. & Godda. in l. 13. de verb. ſign. per tot.*

Frais.

Vide *infra* Zent.

Fraiſchpfand.

Vide *infr. lit. Z.* Zent. *& Andr. Knich. de ſublim. territor. iur. c. 3. n. 405. & ſeq.*

Freſſentlich vnnd gefährlich.

Freſſentlich vnd gefährlich/ h. e. *doloſe*, nam hæc verba dolum exprimunt. Huc pertinent iura illa, quæ in quaſi delicto dolum requirunt. *l. in actionib. de in litem iurando. Mynſ. reſp. 20. n. 10.* Vide Schvvanman. *obſ. Camer. pract. 32.* vbi explicat dolum & verbum freſſentlich vnd fürſetzlich/ pertinens ad conſtitutionem fractæ pacis publ. *& Gail. 1. de pace pub. 13. Mynſ. 3. obſ. 93. Schvvan. 1. Proceſſ. Camer. 14. n. 6. 7. 8. & ſeq.* Reichsabſchied *de anno 1594. §.* Es bener maſſen/ꝛc. Ipſum enim vocabulum Landfriedbruch dolum importat. Ideo probandus eſt. *Bart. in l. 1. §. non autem. ſi quis teſtamento lib. eſſe iuſſ.* & probatur per verbum freſſentlich/ quod dolum ſentit. *Angelus in l. 1. C. de vi publica. Iaſon in l. 1. §. quod propter. ne quis eum qui in ius &c. Gylman. tom. 1. Symphorem. p. 1. vot. 4. n. 14. & 17. fol. 37.*

Frey.

Verbum Frey/*libere*, denotat meram & abſolutam facultatem, quodque is cui libere aliquid facere permittitur, illum actum pro libero voluntatis arbitrio, non obſtante contradictione alicuius, expedire poſſit. *Panorm. c. de multa. arg. ill. text. ext. de prabend. Iaſ. in l. 1. numer. 3. & 4. Codic. de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſ. in l. ſi ſic.*

Digitized by Google

ſi ſic.in prin.num. 21. 22. de leg.1. Mynſing.deciſ.16.reſpon.1.numer.21.

Freybeutter.

Freybeutter ſind vngeſtraffte Straſſenräuber / vnnd mügen durch die gemeine Hülff deß Reichs verfolgt vnnd geſtrafft werden. *Geil.tr.de arreſt.imper.c.9.n.12.* Welche/wie auch die Herrnloſe/vmblauffende vnd gartende Knecht ſtraffwürdig. Hoc enim genus militum, quos *circumforaneos, vagos,* ſiue *pagatim graſſantes milites* vocamus, gefährliche Reyſigen vnd Fußknecht/Rauber vnd Mörder/ vmblauffende gartende vnd Herrnloſe Knechte/Landlauffer/Bruder Veit/Hanenreuter/ꝛc. qui incertis ſedibus vicatim & pagatim per imperium cateruatim vagantur, ac ruſticos miſere concutiunt, exedunt, diuexant, atque ſcelerate deprædantur, immo plerumque bonis omnibus ac fortunis euertunt, vera hominum ſentina, coerceri debet & puniri, *ſecundum Receſſum Imperii Anno 1555.* §. Vnd damit angeregte/ꝛc. *l.1.l.2.C.quand.lic.vnic.ſin. iud.ſe vind.* vbi vnicuiq; permittitur huiusmodi deſertores militiæ, graſſatores & populatores agrorum, atque aggreſſores itinerum propria autoritate occidere, vt ipſi mortem, quam minabantur, excipiant, & id quod intendebant, incurrant. *tex. in l.capitalium.§.graſſatores.de pœnis.* vbi pœna capitis in eos ſtatuitur, eo quod proximi latronibus habeantur: & eſt caſus ſpecialis, quo quis ſibiipſi ius dicere poſsit, contra regulam *l.vn.C.ne quis in ſua cauſa iudic.Geil.1.pac.publ.4.n.39.* Ac ſi in Imperio eiusmodi militum concurſus fiat, der Hanenreuter/Freybeutter/oder mutinirenden Knecht/ incerto autore & duce belli, qui quacunque iter faciunt, impotentiſsimæ petulantiæ veſtigia poſt ſe relinquunt, mitrauben/brennen/vehden/brandſchetzen/pfänden vnnd morden/ ꝛc. Principes ac ſtatus Imperii, in quorum prouinciis graſſantur, ferro & igni animaduertere, eos diſsipare, & armata manu, implorato vicinorum Principum auxilio, quatenus neceſſe, obſiſtere, captisque impietatis Ducibus, eos ad reſtitutionem damnorum compellere, atque pro merito punire debent, ſicut prolixius diſponit *d.Receſſus An.55.* §. So haben wir/ꝛc.

cum §.*ſeq.* & §. Wo ſich aber/ꝛc.*cum ſeq. Ordinat. Cameræ p. 2. tit. 15. & Receſſus Imperii An. 56.* §. Damit hinfüro/ꝛc. vbi ſtatuitur, quod huiusmodi turbatores pacis publicæ, als Landfriedbrecher / ipſo facto abſque vlla ſententia declaratoria in bannum Imperiale inciderint, & pro bannitis habendi ſint. *c. 1. de homicid. in 6. inf.* quia non militum, ſed prædonum, latronumque nomine digni ſunt. *l. hoſtes. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. hoſtes. de V. S. Geil. d. lo. nu. 37.* adeo, vt eiuſmodi Friedbrecher etiam in alieno territorio perſequi poſsint. Id quod in cauſis fractæ pacis Conſtitutio Imperii Anno 1559. Auguſtæ promulgata, expreſſe vnanimi ſtatuum conſenſu permittit. *in* §. Vnnd wiewol/ꝛc. *cum ſeqq.* Hos enim Freybeuter vnd Herrnloſe gefährliche Räuber vnd Mörder / quilibet Magiſtratus offenſus in ſuo territorio, extra territorium perſequi, & eo loci, vbi apprehenduntur, iuri ſiſtere poteſt. Iſt alſo hierinn nicht allein die eylende Hülffe / ſondern auch die Nacheyl zugelaſſen/ h. e. perſecutio contra delinquentes etiam extra territorium hoc caſu permiſſa eſt. *facit l. 1. C. vbi quis decuriali. c. 1.* § *ſi index, de pace tenend. & eius viol. l. quod ait lex.* §. *fin. ad l. Iul. de adult.* ad hoc, quod perſecutio cœpta in territorio proprio poſsit continuari extra territorium, quod alias iure communi ſecus eſt. *per Bart. in l. ſicut.* § *Ariſto Cerellio. n. 1. ſi ſeruit. vindic.* Rationem vide apud *Gail. 1. pac. publ. 16. n. 27.* Vide plura *in* P. H. O. *Caroli V. art. 126. vbi Georg. Rem in Nemeſi. Coler. deciſ. 185.* den Landfried/ 1521. zu Wormbs vffgericht. §. Von den Einſpennigen. Churf. Sächſ. *Ordin. fol. 70.* facit regula: Multis perſonis graſſantibus exemplo opus eſt. *Geil. 2. pac. publ. 9. in fin.*

Freygüter/ Freyzinß/ Freypfenning.

Vide Gylman. *tom. 1. Symphorem. p. 1. f. 75.* vbi *n. 43.* ait, vocabulum Freyzinß & Freypfenning libertatem naturalem ſeu propriam non denotare. Immo videtur, magis in ſignum ſubiectionis & dominii ſolui cenſus, die Freypfenning / ſeu receptæ libertatis, vt in ſimili *Abbas in c. conſtitutus. n. 1. in fin. de relig. domib. Hoſtienſ. ibid. in fine.* facit quod tradit *Afflict. deciſ. 8. n. 7.* Deinde, quando

Digitized by Google

quando modicum ſoluitur pro magno, præſumtio eſt id fieri ad indicium directi dominii, argumento eſt, quod talia bona die Freygütere alienari non poſſint, niſi concedente domino: pro qua conceſſione certum quoque ſoluitur quaſi laudemii vice, gleich an ſtatt eines Handlohns oder Lehenwahr. Und ſolcher Freygüter/ſo Freyzinß vnd Freypfenning geben/findet man gar viel vmb Erfurd herumb/allda ſie ſehr gebräuchlich.

Freylehen.

Locutio, Frey/id eſt, *libere*, facit vaſallum ab omni onere & ſeruitio abſolutum. *c. ſignificauit. de teſtam.* feudum Francum ſeu liberum, ein frey Lehen/vt ſunt Curiæ Nobilium in Francia Orientali, freye Ritterlehen vnd Höffe. Sed an propter vocabulum Frey vnd Francken/omnia feuda Franconiæ ſint libera, ob acceſſionem ſeu declarationem, quæ vulgo traditur, die freyen Francken/adeo quod ab omnibus ſeruitiis & oneribus vaſalli ſint abſoluti? Conſuetudo patriæ negat, niſi prædium alicui fuiſſet conceſſum ita: *Nos concedimus tibi prædium hoc liberum in feudum*, dieſen freyen Hoff zu Lehen. In iſto caſu ſolum à ſeruitiis liberatur; in aliis capitulis verum feudum permanet. Si autem tali modo conceditur prædium in feudum liberum, zu einem freyen Lehen/quo caſu non ſolum ab oneribus, ſed & ab aliis capitulis in inueſtitura non expreſsis eximitur.

Quid autem de poſſeſſionibus ex iſto prędio extractis & tertiis perſonis ſubinfeudatis, vulgo Afferlehen/an iſtæ gaudeant priuilegio prędii dominantis? Vbi videtur regulariter, quod non; quia prædium ob perſonam poſsidentis liberum exiſtit, & ideo ad alias perſonas in præiudicium domini directi vel territorii non extenditur, per vulgarem diſtinctionem: aut ſunt munera patrimonialia, aut perſonalia. In caſu primo: aut habent alia bona, & tenentur pro portione iſtorum: aut non habent præter iſtas poſſeſſiones, & non tenentur. Altero caſu abſolute tenentur, *per notata in leg. reſcriptum. §. 1. de muner. & honor.*

Digitized by Google

Freye ReichsStätte.

Freye ReichsStätte werden genannt/ die nichts vom Adler in inſigniis haben/ olim iugo Epiſcopotum vel aliorum ſubiectæ, poſtmodum libertate donatæ ac exemtæ. Simpliciter aber ReichsStätt/ die einen gantzen Adler/ oder etwas davon führen/ vt Nürnberg/ꝛc. Hinc in genere dici debet die Erbare/ Freye vnnd ReichsStätt. *Gylman.tom.3.Symphorem fol.75. Andr. Knich. de iure territor.* der hohen Lands Obrigkeit *velitat. Apologet.n.87. & 88.*

Gemeinglich tamen & collectiue de hac differentia zu reden/ ſind Freye vnd ReichsStätte im Grund ein ding/ als nemlich/ daß alle ReichsStätt auch freye Stätt ſind vnnd genannt werden ſollen/ eo reſpectu & fundamento, daß ſie ſonſten keinen andern Herrn/ denn das Heylige Römiſche Reich/ oder Keyſerliche Majeſtet ohne Mittel haben vnd erkennen/ vnd wirt darumb/ ſo man aller Stätt wegen bey Keyſ. Maj. oder deß H. Reichs Ständen/ oder auch ſonſten Handlung pflegen thut/ der Titul der Freyen vnd ReichsStätt gemeinglich copulatiue geſetzt: Wie denn ſolcher Titul inn deß Keyſ. Fiſcals Regiſtern vnd deß H. Reichs Anlegung/ Item in Reichs-Abſchieden ꝛc. oder andern Handlungen/ mit od' gegen denſelbigen auch copulatiue geſetzt vnd eingeſchrieben iſt. Da aber ein Vnterſcheid darunter zu begründen vnd zu ſuchen/ iſt allzeit dafür gehalten worden/ daß eine ReichsStatt mehr gefreyet iſt denn die andere/ vnd nemlich in Teutſchen Landen/ deß freyen Abzugs an Gütern oder aber der Penſionen halben/ daß darinn kein Leibeigner oder ſonſt dienſtbar verpflichter Mann vnd Erben ſeyn können/ die ſich (wo ſie etwan nach ihrer Gelegenheit an andere Ort oder Herſchafft verrucken wollen) mit der erſten Obrigkeit abtragen oder abledigen müſſen. Vnd werden dermaſſen etliche Stätt/ als Hailbrun/ Schwäbiſchen Hall/ Eßlingen/ vnnd dergleichen befunden/ mit denen man ſich mit Abzug ſchwerlich abkauffen muß. Aber herwiderumb iſt ſolches inn andern Stätten nichts im Brauch/ als zu Straßburg/ Speyer/ Wormbs/ darumb ſich auch dieſelben gmeinglich Freye vnd ReichsStätt nennen. licet quantum ad hanc vltimam attinet, valde dubi-

dubitet Gylman.*tom.3.Symphorem.fol.143.*num ſcilicet ciues deß Abzugs gefreyet? cùm & incolæ de bonis immobilibus in territorio Ciuitatis ſitis, teneantur dare Schoß & Abzug/ ſi diſcedentes vendant,&c.

Alia eſt ratio, quod plurimæ Ciuitates Imperii teneantur Imperatori quotannis ad certam pecuniariam ſummam quaſi pro tributo, vel alio ſubſidio, aut alias ſaltem in ſimilem recognitionem, ſi non quotannis, tamen certis modis vel conditionibus, puta, quotiescunque Imperator aliquam Ciuitatem tranſit vel ingreditur, cuius ratione & intuitu non ſunt liberæ; ſed mere ac proprie Imperiales. Denn das Wort / Keyſerliche freye Reichsſtatt/reſtringit libertatem illam. Aber die rechte wahre vnd gründliche Vrſach vnd Vnterſcheid ſolcher Namen beduncket mich die ſeyn/ daß dieſe proprie ac præcellenter Freyſtätt / (neben dem Titul der Reichs Stätte) ſeyn vnnd genannt werden ſollen vnnd mögen/welche ſonderliche fürtreffentliche Freyheiten von Keyſerlicher Majeſtet von Alters erlangt vnd herbracht/oder deſſen gegründte Vrſach haben/daß ſie von den gemeinen Reichs Anlagen in vielen Fällen eximirt vnd außgezogen ſind / daß ſie ſolche nicht / wie andere gemeine Reichs Stätt vnd Stände tragen vnnd leiden müſſen. Alsdann ſind etliche der Reichsſtätt/vnd auch anderer/ die in finib. & limitibus Imperii ligen / vnd darumb ſonſt auſſerhalb deß Reichs zufällige Beſchwerden/von anſtoſſenden Herſchafften oder Keyſ. Majeſtet Erblanden haben vnnd gewarten müſſen/ wie man dann von Biſantz anzeigt/ daß dieſelbe vnd andere mehr von vielen Sachen in gemeinen Beſchwerden deß Reichs vnd Anlagen gefreyet ſeyn/ vnnd nicht wie andere Reichs Stätt gehalten werden/ wiewol ſie auch zum Reich gehören. Idque ex ſpeciali priuilegio conceſſo. Vide tractatum noſtrum *de mod.appell.ac priuileg.appell.cap.5. num.3. verb.* Biſantz.

Es kan aber zum wenigſten hierauß ein Vnterſcheid genommen werden/ daß ſich dieſe Freyſtätt nennen mögen/ welche je vnd allwege von Alters hero keinen andern Oberherrn / denn Keyſ. Majeſt. oder das Römiſche Reich erkannt vnd gehabt haben: Aber dieſe allein

proprie

Digitized by Google

proprie Reichs Stätt/vnd nicht Frey Stätt ſeyn/ die vor Zeiten andere Herrn gehabt/ vnd ſich erſt nachfolgends davon eximirt vnd außgezogen/ vnd ohne mittel zum Reich gebracht vnd erkaufft hetten/ wie dann mit Reutlingen vnd Eßlingen/ & quibusdam aliis, bey Menſchen Gedencken geſchehen ſeyn ſoll. *Gylman. tom. 3. Sympho. fol. 143.* Ergo proprie liberæ Ciuitates vocantur Freye Stätte/ quæ ſemper & ab æuo nullum alium ſuperiorem præter Imperatorem agnouerunt. Reichs Stätt vero, quæ aliis quidem ſubiectæ, poſtmodum autem exemtæ fuerunt, & immediate ſubiectæ imperio conuentionibus. Nam in effectu omnes immediata perfruuntur ſubiectione, alium ſuperiorem non profitentes. Indeque eſt quod vocantur die Erbare Freye Reichs Stätte / hodieque ſunt & habentur tales, quæ Catalogo Statuum Imperii ſunt inſcriptæ, ſecundum matriculam Imperii, dum Comitia peraguntur in Senatu Imperiali Ciuitatum, der Stätte Rath / ſibi vendicant ſeſſionem votumque. *Geil. de arreſt. Imper c. 6. n. 25. Andr. Knichen de Iuris Saxon. priuileg. verb. Ducum Sax. c. 2. n. 1 & in velitat. apologet.* der hohen Landsobrigkeit. *n. 89. & 90.* & diuiduntur in duo latera ſeu ſcamna, vt noſtro idiotiſmo vocantur. Quædam enim ſunt ditionis Rhenanæ, quædam Sueuiæ, werden in die Rheiniſche vnd Schwäbiſche Banck abgetheilt. *Nicol. Reuſner. de vrbib. German. Imperialib. lib. 1 fol. 25. vt videre etiam licet circa finem* der Reichsabſchieden / Daß die Freye vnnd Reichs Stätte getheilt werden in die Rheiniſche Banck: darein gehören Cölln/ Ach/ Straßburg/ Lübeck/ Franckfort am Mayn/ Wormbs/ Speyer/ Friedberg in der Wetteraw/ Goßlar/ Dortmunde/ Wetzlar/ Mülhauſen inn Thüringen/ Hagenaw/ Colmar/ Schletſtadt/ Weiſſenburg / Landaw/ Oberehenheim/ Keyſersberg/ Münſter inn S. Gregorienthal/ Roßheim / Türckheim / vnnd Tüll/ etc. Vnnd in die Schwäbiſche Banck/ als Regenſpurg/ Augſpurg/ Nürnberg/ Rotenburg an der Tauber/ Windheimb/ Schweinfurt/ Weiſſenburg am Nordgaw/ Vlm/ Reutlingen/ Vberlingen/ Gengen/ Wimpffen/ Weil/ Wangen/ Pfullendorff vnd Buchaw am Federſehe / Dinckelſpiel/ Nordlingen/ Schwäbiſchen Gemünd/ Buchorn/ Memmingen/ Schwä-

Digitized by Google

biſchen Werth / Schwäbiſchen Hall / Kauffbeuern / Zell am Hammerbach / Bopffingen / Leutkirch / Aulen / Gengenbach / Offenburg. Reichs Abſchied *1594.* zu Regenſpurg. *in fin. &c.*

Liberæ autem dicuntur Freye ReichsStätte / non quod omnino immunes ſint à tributo, ſed quod pro rata conferre teneantur, vermüg deß Reichs Anſchläge. Vide *Munſter. lib. 3. Coſmographiæ. c. 21.* qui dubitat, an Ciuitates Imperiales ſint in Senatu Imperii. videatur *Obrecht. diſp. de iuris dict. cap. 6. th. 77. & ſeqq.* Nam & *in Aurea Bulla Caroli IV. & in Reformat. Francofurt. ſub Imp. Friderico III. & in Ordinibus Imperii Moguntiæ editis* habentur. Immo, *vt iam diximus*, ad Comitia & vocantur, & veniunt, & ſedent: adeo, vt de hoc qui dubitet, de ſolo dubitare videatur.

Quædam Ciuitates Imperii ſunt plene liberæ, vt Argentina, Noriberga, Vlma, h. e. immediate Imperio ſubiectæ: Quædam ſub Imperii tantum tutela, eæque ſæpe certo ſe ſubmiſerunt Principi, vt Wetzlaria, Erfordia, Mulhuſia, Lemgouia.

Libera Reſpublica eſt vt Princeps in ſuo territorio. *Geil. 2. obſ. 57. n. 7. & de arreſt. Imperii c. 9. n. 1.* vide tamen Knichen *d. velitat. apologet.* der Hohenlands Obrigkeit. vbi diſputat, Ob die Reichs Stätt die Lands Obrigkeit haben.

Quotuplices Ciuitates ſint, vide *Acta* Braunſchweig *contra* Braunſchweig / *part. 2. fol. 38. Mynſing. reſponſ. 13. nu. 10. Geil. 2. obſeruat. 54. n. 10. & cap 6. de arreſt Imper. Ruland de Commiſſion. libr. 5. c. 4.*

De Hamburg / an ſtatus ſit Imperii? vide *d. acta. fol. 39. Gylman. tom. 1. Symph. p. 1. vot. 3. tit 3. f. 220. & tractatum noſtrum de mod. appell & priuil. app. 7. c. 5. verbo* Hamburg.

Quædam Ciuitates Germaniæ verſus Septentrionem ſitæ ſunt, quæ vocantur *Anſaticæ*, Hanſeeſtätt / welche löbliche Hanſiſch Societet iſt jeder Zeit / auch in deß Reichs Receſſen vnd Abſchieden vor ein ſonderlich Corpus, (vornemlich in deß H. Reichs Hülffen) gehalten vnnd noch. Darinnen die Statt Braunſchweig das dritte Quartir vnd Hauptſtatt vber 400. Jahr geweſen ſeyn ſoll vnd noch. *vt habetur in d. actis. part. 1. fol. 63.*

Digitized by Google

De Lunneburga vide *Myſing. decad. 11. reſponſ. 3. nu. 104. & per tot.*

De Noriberga, Argentina, Svinforta, &c. vide *VVehner. to. 6. Symphorem. c. 5.* §....

Friedeſchatz.

Quo iure vel titulo introducta ſit collecta deß Friedeſchatzes/(der in der Graffſchafft Ottingen gebräuchlich/) neſcire ſe fatetur Gylmannus, licet ex nomine vocabuli videatur pacis redimendæ cauſa introducta: cum & aliam ob cauſam ſolui poſſit. Vnnd wirt der Friedeſchatz vff die Güter gelegt/vnnd wegen deß Friedſchutzes erlegt. Vide *Gylman. tom. 1. Symphorem. p. 2. tit. 6. n. 115. & ſeq. fol. 84.*

Frohn.

Vide *ſupra lit. D. verbo* Dienſt.

Für vnd für.

Für vnd für/ hoc eſt, *deinceps* & *in perpetuum*, ſunt verba non momentanea, ſed denotantia tractum futuri temporis. *Gylman. tom. 2. Symphorem. p. 1. vot. 21. fol. 137. num. 51.* & quiddam ſequens, perpetuum ac infinitum. Infinitatemque hanc tolerari notat *Floria. de S. Petro in l. in hoc iudicium. verb. ſi conueniat. & §. ſed ſi in contractu ſui natura tranſitorio. &c. D. commun. diuid. per textum in l. debere. de ſeruitut. vrban. prædior.* Vide plura apud *Tiraquell. hac de re in tractatu ſuo, de retractu conuent. §. 1. gl. 2. verb. à teſtam. num. 15. cum ſeqq.* ſuntque hæc verba perpetuatiua in noſtro Germanico idiomate, Für vnd für / quæ non important ſuſpenſionem, ſed infinitatem quandam. *Gylman. d. loc. n. 57. fol. 138.*

G.

GanErben.

CVm in tractandis cauſis feudalibus occurrat interdum mentio Ganerbiorum, (der Ganerbſchafft/ Ganerben / oder Ganerb-

Ganerbhäuſer.) ſic enim ſane adpellemus hosce homines, & ius ipſum, quo illi cenſentur, Ganerbinatum, non abs re me facturum puto, ſi de iure hoc breuiter aliquid attigero. Credo autem, paucos reperiri, qui horum notitiam habeant certam atque exploratam. Mihi quidem de eorum iure pro re nata ex aliis diſcendi cauſa quærenti, hoc aliquando contigit, vt nonnulli ingenue faterentur, ſe neſcire: aliqui vero obſcure: alii vero varie reſponderunt. Neque id ſane mirum. Non enim quisquam de his, quod equidem ſciam, ex profeſſo literis aliquid mandauit. Quamuis & in Conſtitutione Imperii aliquoties, & alicubi in Speculo Saxonico, & in Conſiliis Modeſtini Piſtoris nominentur die Ganerben. Locum iuris Saxonici *artic. 17:* etiam Hottomannus laudat, *in Lexico verborum feudalium*, *in verbo, heredes accelerantes*. Hac autem tota de re ego non indiligenti habita inquiſitione quædam collegi, quæ quidem adhuc indagare potui. Eaque tanto gratiora fore lectoribus confido, quanto difficilius erit apud alios reperire. Ibo autem per hæc quinque capita, dicturus:

I. Quid ſit verbum, Ganerben/ & qualia ſint bona Ganerbengüter.

II. Quæ ſit origo huiusce Germanici inſtituti: quis eius finis, ſiue, cui bono res inuenta ſit.

III. Quomodo conſtituantur die Ganerben & Ganerbengüter/ ſiue, quid ad conſtitutionem Ganerbinatus requiratur: Quomodo item differat à Maioratu, & à Prælegato familiæ.

IV. Quo iure cenſeantur huiusmodi & homines & bona: an & quanam in re ab aliis communiter vaſallis; & bonis feudalibus diſtent.

V. Quomodo Ganerbinatus exſtinguatur.

Ad hæc capita non incommode referri poſſe exiſtimo, quidquid de iure Ganerbinorum ſeu Ganerbinatus quæri aut diſputari poteſt. Et his quinque caſibus facile adiici poterit, ſi quid à nobis fuerit prætermiſſum, & ab aliis poſthac in vſu vitæ obſeruatum. Nam hæc talia vſu potius, quam ex libris diſcenda

ſunt. Recte ergo & laudabiliter facerent illi, qui obſeruationes practicas conſcribunt & edunt, ſi eiuſmodi ſingularia potius colligerent, & nobiſcum communicarent, quam alia ſexcenties dicta repetentes.

CAPVT I.

Igitur ad nomen quod attinet, id Germanicum eſſe, & quidem compoſitum eſſe ab Erben / quod heredem nobis denotat, cuiuis facile adparet. Sed propior compoſitionis pars ſeu ſyllaba cuiuſmodi ſit, quidve ſibi velit, non omnib. obuiam eſt. Nonnulli ἔτυμον ei adſignant à gehen/ quod eſt ire ſeu proficiſci, vt ſint Ganerben quaſi Gangerben. Videri etiam poſsit deductum à Geel/ quod *feſtinantem* ſignificat. Atque ita ſenſiſſe videtur autor Iuris Saxonici, quando, licet anguſtius, definit Ganerbios, ad quos hereditas in linea (paterna) adſcendenti veluti cito & feſtinanter tranſit, auff welche das Erbe nidenwerts eylet vnd gehet. Quam ſignificationem etiam reſpexerunt, qui Latine Ganerbios verterunt, *heredes accelerantes*, vt ſupra ex Speculo Saxonico & Hottomanni lexico locum protuli. Latius quoque eadem dictio ſumitur, daß nemlich alle die Ganerben heiſſen / die ſich gleich nahe zu der Sipp ziehen / es ſey Mann oder Weib. Sed hæc iſtius verbi notio non amplius eſt in vſu. Alii, & quidem rectius, aut certe probabilius putant, ſiue contractum eſſe monent ex eo, quod integrum foret die gemeine Erben/ quaſi dicas, *communes heredes*. Vnde ab aliquibus etiam *condomini* adpellantur. Fuerunt enim tales antiquitus ita coniuncti, ſicut apud Græcos, qui vocantur ὁμοκαπνοὶ vel ὁμοσιπυοὶ, die bey einem Rauch vnd Fewer leben/ vnd auß einem Hafen eſſen. Poſſunt etiam dici ὁμοφυλοὶ & κοινωνοὶ. Sic Collegia Canonicorum, quæ hodie ſunt opulentiſsima, initio hoc modo fundata inſtitutaque ſunt, vt Canonici ex eadem olla cibarentur. A quo primæuo more viuendi quantum receſſerint, palam eſt, dum videlicet quiſque fere pro ſe viuit, & propriam alit aulam ac familiam.

Ius

Ius Saxonicum alibi de his ita loquitur: Burger oder Burgmann heiſſen die Ganerben vnnd Edelleute/ſo für Alters vnter einem Burckherrn / vff einer Burck gewohnet haben / da ſie dann der Burck Bürger genannt ſeyn worden. Item alibi: Burcklehen heiſſen ſolche Lehen/da jhrer viel Edelleuth oder Ganerben / wie mans jetzo nennet/in einer Burck oder Schloß zuſammen haben Lehen vnnd Lehensrecht von Fürſten vnnd Herren / denen die Burck zugehöret. Manet igitur illud, Ganerbios dictos quaſi gemeine Erben/ *communes heredes & condominos*, & Ganerbengütere ſiue Ganerbſchafft dici ea bona, quæ prædicta lege à Condominis ſiue Ganerbiis poſſidentur.

CAPVT II.

De origine & fine huiusce inſtituti hæc fere ſunt, quæ accepi.

Extitit hæc res in Germania ea tempeſtate, quando vis potior erat iure, & chirodicæ præualebant, vt ſecundum Varronem: *Qui pote plus vrgeret atq; opprimeret imbecilliores, piſces vt ſæpe minutos magnus comeſt; vt aues enecat accipiter.* Ac nimis ſæpe verum euadit, quod verſu Marcelli Palingenii dicitur:

Cui vis eſt, ius non metuit, ius obruitur vi.

Tum ergo ante promulgatam pacem publicam, quam vocamus den Landfrieden/ cum paſſim itinera latrociniis intuta atque infeſta eſſent, & latrones atque prædones aſyla ſua in arcibus apud eiuſdem farinæ homines, qui ſimpliciter ex rapto viuebant, haberent: alii honeſtioris & generoſioris animi ac ſpiritus Nobiles, quibus inuiſa eſſent eiusmodi latrocinia, & ipſi arces munitiores ſibi extruxerunt, quas deprædationibus latronum opponerent, & in quas ſeſe cum familia ac rebus pretioſioribus tamquam in receptas, tutas ac ſecuras manſiones, ingruentibus latrociniorum & depopulationum tempeſtatibus conferrent. Quoque maior eſſet ipſorum inter ſe coniunctio, peculiares quasdam confraternitates certis pactis inter ſe inſti-

Digitized by Google

vnd Weichbild in einem Land/welche vor Alters den Graffen durch die Keyſer verliehen worden / auff daß ſie an jhrer ſtatt daſelbſt Gerichtszwang hielten/vnd jederman richteten/dieweil man den Keyſer/ als dem vor Alters alle Gericht allein zugehöret/ nicht in Sachen hat mögen beſuchen.

2. Aliud exemplum præbet Friburgum in Wetterauia, Frieburg in der Wetteraw/ quæ arx etiam & celebris eſt Ganerbinatus, habens item Burggrauium peculiarem, & leges inter Condominos conſtitutas, multis dotata priuilegiis, & Imperatori immediate ſubiecta tanquam domino feudi. De eius priuilegiis vide *VVehner. in tom. 6 Sympher. c. 7. §. 13.* vbi ſumma & tenor eſt priuilegiorum. Videri etiam poteſt *Ioh. Meichſner. tom. 1. lib. 1. deciſ. Cam. 41. fol. 589. & ſeqq.*

3. Aliud exemplum eſt in arce Salisburgo, Salßburg ad Salam in Franconia Orientali, vbi etiam Imperatoris Conradi, qui cognomen *Salici* inde adeptus eſt, regia olim, & Lex Salica primum lata eſt à Varemundo eiusque Conſiliariis quattuor, qui in ipſa lege nominantur. Hæcque arx hodie eſt etiam domus Ganerbica, ſimiliter ſuum habens Burggrauium & ſua regalia. Olim etiam Schwanberg in Franconia am Steigerwald fuit Ganerbinatus. *Chron. Herbipol. f. 39.* neque arces ſolum Ganerbicæ quædam ſunt: verum etiam Ciuitates nonnullæ, vt:

4. Creutzenachum oppidum ſitum ad Rhenum, Creutzenach am Rhein / dominos habens Electorem Palatinum & Marchionem Badenſem.

5. Sic Schmalkaldii, Schmalkalden nahe dem Thüringer Wald/ dum viuerent Comites Hennebergenſes, ex parte dimidia ad ipſos: ex altera pertinuit ad Landgrauios Haſsiæ. Hodie Landgrauius ſolus ea potitur.

6. Eſt & Ganerbinatus zu Gröningen/ cuius mentio fit à Gylmanno *in Symphorem. tom. 4. part. 2. Supplicat. 103. fol. 121.* non procul diſtat von Kirchberg / oder Kraylsheim / in Marchionatu Brandenburgico verſus Noricum.

7. Tale quidpiam olim fuit in ſacris literis *Hebron*, de

quo

Digitized by Google

quo habetur in Decreto Gratiani in Iure Canonico. *cap. Ebron. 13. q. 2.*

8. Sic Ganerbinatus eſt zu Elberg / prout mentionem facit der Ganerben zu Elberg / Gylmannus *tom. 1. Sympherem. part. 2. tit. 13. Supplic. vlt. fol. 274. & 278.*

De origine & vſu Ganerbinatus hactenus; Sequitur nunc de modo conſtituendi eius iuris.

CAPVT III.

Conſtituuntur autem Ganerbii & bona Ganerbica pactis & conuentionibus ipſorum inter ſe condominorum, qui in confœderationem & ſocietatem huiusmodi ſeſe contulerunt, ſeque ſibi inuicem certis conditionibus deuinxerunt: quibus fere accedit confirmatio & protectio ſuperiorum & potentiorum, vt Imperatoriç Maieſtatis, aliorumve Principum, quemadmodum in ſuperioribus exemplis videre licet.

Cæterum diligenter diſcernendus eſt Ganerbinatus: tum à pacto, quod vocant Erbeinigung / quod receptum eſt in familiis quorundam Principum, de quo *ſupr. lit. E. verb.* Erbeinigung. & apud Geil *lib. 2. obſ. 127.* videre eſt: tum à Maioratu & Legato Familiæ, de quo late diſputat *Gomez. in LL. Taurinorum fol. 108. Arius Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. & Vaſquius 1. illuſtr. controuerſ. 8. n. 7. & alibi quoq;.* Germani hoc legatum vocant Vorſchrickung / quæ quidem vſitatiſſimç ſunt. Sed hoc intereſt inter illas & Ganerbinatum. Legata eiusmodi familiæ potiſſimum ſpectant ac reſtringuntur ad vnam duntaxat familiam eiuſdem nominis & originis communis, ita vt ſemper natu maior vſumfructum ex ea re prælegata ſibi habeat, quoad viuit. Eo defuncto idem ius ſtatim deuoluatur ad proximum, qui tunc ætate maximus in ea familia fuerit. Atque ita deinceps.

Ganerbinatus autem latius extenditur, nimirum, vt ad diuerſas quoque familias pertineat, ita tamen, vt vno mortuo ſuccedat alius ex eadem familia, aut ſi non extet vel nolit, por-

V tio

Digitized by Google

tio deficientis adcreſcat cæteris condominis. Illud hic, quando de conſtitutione Ganerbinatus agimus, minime eſt prætereundum, poſſe aliquem non modo allodialia ſeu patrimonialia, ac propria ſua bona ſic alienare, vt fiant bona Ganerbica: ſed etiam feudalia, dummodo in his nullum generetur præiudicium, vel agnatis, qui par ius ſuccedendi in feudis habent, (vt in antiquis, & in his, quæ ex pacto & prouidentia) vel filiabus in nouo feudo ſuccedentibus, ſi hoc dictum ſit. Fieret autem his maximum præiudicium, ſi legitima ipſarum interuerteretur. Quod autem poſsit quis propria bona ſiue allodialia ſua facere Ganerbica, id hac ratione nititur: quia vnusquisque rei ſuę legem, quam velit, dicere poſsit, vtpote liber eius moderator & arbiter. Aliis vero præiudicium creare non poteſt, nec debet alteri per alterum iniqua inferri conditio, nec cuiquam ius ſuum inuito auferri, *per iura vulgo notiſſima*. Ita ſcio, Nobilem quendam ditiſsimum, cum haberet duo feuda, & plura allodialia ſatis lauta, agitaſſe apud animum ſuum, tam illa, quam iſta conuertere in bona Ganerbica, idque in fauorem agnatorum, (quorum etiam voluntatem & adſenſum ſuper ea re per literas explorabat, adhibiturus etiam conſenſum domini feudi) & ad familiæ ſuæ conſeruationem: qui tamen Nobilis, priusquam cogitata exequi poſſet, & conſenſum Senioris impetraſſet, rebus humanis exemptus fuit.

CAPVT IV.

De iure Ganerbiorum, quo cenſeantur, hæc pauca reperi: Nullam inter ipſos & alios vaſallos fere differentiam: exceptis illis pactis & conditionibus ſocietatis, & fœderis inter ipſos initi & mutui. Quamquam enim aliquis in ipſorum ſocietatem receptus, & conditionis particeps factus fuit: in aliis tamen rebus perſona ipſius non mutatur, nec deſinit eſſe vaſallus, aut ſubditus illius domini, cuius erat, antequam in Ganerbinatum daret nomen. Ratio eſt, quia pacta inter me & te compo-
ſita,

Digitized by Google

ſita, non debent tertio alicui nocere, cum res ſint inter alios actæ. Et licet interdum totum collegium ſiue corpus condominorum habeat ſua priuilegia & regalia ab Imperatore ſibi conceſſa; tamen ea non ſunt ſingulorum condominorum, ſed omnium pariter. Sic neque Status Imperii ſiunt omnes, quamquam nonnumquam Baronatus & ſimilia feuda poſsideant. Inter ipſos autem Ganerbios pacta conuenta, dummodo non ſint contra bonos mores & leges ac ius publicum, proculdubio obſeruanda ſunt. *argument. l. 1. l. 38 cum ſimilib. D. de pactis. l. 1. D. de conſtituta pecunia.* Solet autem plerumque in eos, qui Ganerbinatum conſtituunt, de eo conueniri, vt maximus natu in ea gente ſit adminiſtrator bonorum, & pro onere adminiſtrationis partem aliquam fructuum ſibi habeat præcipuam: reliqui fructus diuidantur æquis portionibus in omnes gentiles & agnatos, qui quidem ſint puberes, maxime ſi ſtudiis vel rei militari dent operam.

CAPVT V. & vltimum.

Quod denique attinet ad modum exſtinguendi tollendique Ganerbinatus: quemadmodum ſocietas quælibet renunciatione ſocii tollitur. § *manet. Inſtitut. de ſocietat.* Ita iſti quoque fraternitati & confœderationi inter cōdominos puto poſſe renunciari ab eo, cui non amplius libet in illa ſocietate & communione ſtare, in qua certe inuitus nemo detineri debet. Similiter etiam à Protectore ſiue Dominis illius arcis, in qua Ganerbinatus eſt conſtitutus, liberabitur renunciatione, argumento eorum, quæ alibi tradita ſunt, de refutatione feudi facta à vaſallo. Hæc de Ganerbiis habui, quæ adferam, non tam, quod vbique plene adquieſceret animus, quam vt aliorum ſtudia excitarem, *διδακτρα* libenter daturus ei, qui plura aut meliora me docuerit. Adhuc enim non potui inuenire, qui de hoc iure, quod recens cuſo vocabulo *Ganerbinatum* appellari poſſe, dixi, ex profeſſo ſcripſerit, ita Conradus Rittershuſius IC. Profeſſor

 Nori-

Noricus, Altorphinus Præceptor meus obſeruandus ſentiebat 4. Nouemb. 1601.

Vide wider der Ganerbenſchloß Reichsabſchied *fol. 44. part. 1. & fol. 122. B. & fol. 44. B. part. 2.* vnnd das wider die Ganerben/ſo die Echter zu jhrer Ganerbſchafft zulaſſen/ ſoll am Cammergericht in prima Inſtantia gehandelt werden. *ibid. fol. 144. part. 2.* Cammergerichtsordnung *part. 2. tit. 13. fol. 311.*

In Camera ſi quis ſupplicet contra Ganerben/qui diuerſis Iudicibus ſubiecti ſunt, & ſic coram diuerſis Principibus conueniendi, tunc ex cauſæ continentia proceſſus decernendi. Ita factum *in cauſa* G. von E. *contra* W. vbi narrauit, quod Windesheimb ſubſit Electori Palatino P.R. & Rheingrafio, & ſic coram omnibus eos conuenire debuiſſet, ideo decreti proceſſus 8. Iunii Anno 1592. Vide *Gylman. tom 3. Symphorem. fol. 99.*

Gatterherrn/Gatterzinß.

Vide *ſup. lit. A. verb.* Aigenſchafft.

Gatterzinß oder Nachzinß werden genannt die/ ſo auff einem Gut nach den Aigenzinſen bekennet oder verſchrieben ſind/ & fere Noribergæ frequentantur. *Reformat. Norica. tit. 23. l. 1. §. 3.*

Gaw.

De vocula, Gaw vnd Gew/vide Andr. Knichen *c. 3. de ſublim. territ. iure. n. 160. & ſeqq.*

Gebott vnd Verbott.

Gebott vnd Verbott/ eſt certa iuriſdictionis ſpecies. *Tilm. de Benign. in Apoſpaſm. obſ. ſupplic. Cam. 39. n. 3.* quæ fere ad Vogtey pertinet. Vide *inf. verb.* Vogtey *lit. V.* & eſt ius certum, quemadmodum & Ober- vnd Gerechtigkeit. *Gylman. tom. 1. Symphō. p. 1. fol. 291. n. 41.* Vide *inf. lit. V. verb.* Vogtheiliche Obrigkeit.

Geding.

Vide *infra* verba, Vogtgeding vnd Rechtgeding. *lit. V. & R.* vbi

Digitized by Google

vbi pro iudicio aut iurisdictione vſurpatur. Iure Saxonico termini præiudiciales vocantur Geding/verbi gratia, Von 14. Tagen zu 14. Tagen citirn/biß vff 6. Wochen vnnd 3. Tag/das iſt/von eim Geding zum andern/ & dicitur 3. Geding. *Coler. deciſ. 133. n. 11.* quod in praxi ſeruatur in Bawrngerichten/ & in cauſis ſummariis, & Dingtage vocantur. *Coler. deciſ. 110. n. 2.*

Interdum vocabulum, Geding/ſumitur pro inueſtitura abuſiua, eine Anwartung/als/am Geding iſt kein Folge/hoc eſt, in abuſiua inueſtitura nulla eſt ſucceſsio. Cuius regulæ hic eſt ſenſus: Si dominus feudi fecerit alicui gratiam in feudo alterius, ein Gnadenlehen verhieß/oder ein Geding/Expectantz oder Anwartung auff eines andern Lehen/ poſt mortem eius, qui heredes maſculos non habet; Tunc ſi dominus feudi interim moriatur, antequam ille, cui promiſsionem fecerat, ad feudum peruenniat, tunc non tenetur filius domini, parentis ſui promiſsionem vel inueſtituram ratam habere. Et ita paſsim à Principibus, maxime Saxoniæ, hodie practicatur. Sunt tamen diligenter verba inſpicienda. Nam ſi dixerit dominus: *Nos inueſtimus te pro nobis & noſtris heredibus.* tunc tenentur heredes inueſtituram ratam habere; alias ſecus. atque ita practicatur. Vide de hoc *Schurff. conſil. 16. cent. 1. Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 25. n. 33. & ſeq. & q. 26. num. 13. & ſeqq. Coler. deciſ. 88. & deciſ. 8. n. 6. Nouell. Elect. Auguſt. p. 2. conſtit. 45. & c. vn. qui ſucceſſ. feud. dare teneantur. ibi Aluar. & alii.* De eo, das Geding bringt Landrecht/vide *infra lit. VV. verb.* Willkür bricht Landrecht.

Gedingte Heyrath.

Vide *ſupra lit. E. verbo* Einshandgüter.

Gefängnuß. Gefangene.

De carcere & carceratis vide *Peck. in tr. de iure ſiſtendi. c. 28.* Carcer ad cuſtodiam potius, quam vindictam inuentus. *leg. aut damnum. §. ſolent præſides. de pœnis.* Denn die Gefängnuß ſollen zu

Digitized by Google

Behaltung / vnnd nicht zu ſchwerer gefährlicher Peinigung der Gefangenen gemacht werden. P. H. O. *Carol. V. art. 12.* & abrogata eſt conſuetudo, qua carcer magis pœna eſt, quam detentio. *d. art. 12. & art. 218.* vbi & hoc ſtatutum, daß keine Obrigkeit leichtlich ehrliche Leuthe ſoll ins Gefängnuß legen.

Interdum tamen carcer etiam pœna eſt, quod vtplurimum fit in leuioribus delictis, aut ob mitigationem pœnarum reſpectu perſonarum egregiarum. *c. quamuis. de pœn. in 6.* quod non modo iure Canonico ita receptum, ſed & conſuetudine adprobatum eſt. *Geil. 1. pac. publ. 1. n. 33.*

Carceratus dicitur non tantum, qui in carceribus eſt, ſed & qui extra carcerem ita anguſte certo loco circumſcriptus eſt, vt ab eo recedi ſub pœna non poſſit, ſo einer in eine Statt oder ſein eigen Hauß verſtrickt wirt. *per l. ſolutum. de V. S. l. ſuccurritur. § f. cum l. ſeq. ex quib. cauſ. mai. Bald. in l. vn. n. 13. C. de confeſſ. Pahorm. in c. accedens. n. 1. & 2. de procur. Lanfranc. in c. quoniam contra. de probat. verſ. confeſſ. n. 13.* Et huiusmodi carceres publicos, puta quando tota Ciuitas alicui pro carcere datur, *vinculum Ciuitatis* appellare poſſumus. *l. exilium. de interdict. & relegat.* vbi IC. relegationem in Inſulam, vocat *vinculum Inſulæ.* Solet autem fere Nobilibus ac dignioribus perſonis totum palatium vel tota Ciuitas pro carcere adſignari. *Angel. in l. penult. n. 2. quod metus cauſa. Tiraquell. de nobilitate. c. 20. n. 29.* Sic quoque certa pars prouinciæ pro carcere dari poteſt. (cuius rei inſigne exemplum hodie extat. Intelligenti ſatis.) ne illam iniuſſus egrediatur, idque *affinare* vocant Dd. *l. relegatorum. § ſicuti. d. tit. Iaſon in l. admonendi. nu. 173. de iureiur. Decius conſ. 219. n. 9. Dd. in l. cui pacto. de ſeru. export. Franciſ. Marc. q. 360. & 364.* In vinculis quoque dicuntur eſſe, qui interpoſita ſtipulatione ita relaxati ſunt, vt moniti iterum ſe ſiſtere, & certo loco repræſentare ſe velint, So einer die Hand von jhm gibt vnd zuſagt / auff erfordern ſich widerumb einzuſtellen. *per l. in eadem cauſa. ex quib. cauſ. maior. vbi gl. in verb. non poſſunt. l. nec non. § 1. eod. Bart. in l. 1. n. 1. de cuſtod. reor.* quod in Germania quotidie fieri aſſolet. *Geil. tr. de pignor. c. 9. in fin.* Illi enim, qui carcerib. omnino rela-

relaxantur, iurare morib. noſtris debent, ſe non vlturos, quidquid ibi paſſi ſint: ac ſi condemnati ſint, parituros ſe etiam ſententiæ. Als / die verwieſen werden / müſſen das Land verſchweren / welches man Vrphede nennet. *VVeſembec. in paratit. C. de ſatisdat. n. 6.* De relaxatione ex carcere vide *Coler. par. 2. c. 3. Proceſſ. executiu. num. 74.*

Subditi contra ſuum Principem poſſunt in Camera petere relaxationem, ſi iniuſte carcerati ſunt. *Tilman. de Benign. in Apoſp. 1ſm. Gyl. obſ. Camer. fol. 6. part. 2, Ordin. tit. 5.* vide *ſup. verb.* Bericht ſchreiben *lit. B.*

Moribus etiam illi, qui petunt reum incarcerari, cautionem prius præſtare debent, eam rem iudicio fraudi non fore. *VVeſemb. in paratit. C. de ſatisdat. n. 5.*

Acceſſus ad incarceratum non eſt cohibendus publica cuſtodia præſente. Weſembec. *conſil. 97. in fine.* vbi *n. 13. & 12.* dicit: Carceratum eſſe miſerabilem perſonam: & eorum cauſam piam eſſe & fauorabilem.

Nota hic, quod per relaxationem carcerati ſub fideiuſſoribus cauſa criminalis efficiatur ciuilis. *Coler. deciſ. 22. n. 8. Lipſenſ. deciſ. 58 59 60. 466. 489. vol. 2.* quod verum eſt, vt ne Iudex quidem ex officio, iſto caſu criminaliter aduerſus reum experiri poſſit, ſed cogatur contentus eſſe mit der höchſten Gewette. 1. Landrecht. *62. & 63 Konig. in proceſſ. c. 138. n. 8. cir. fin.*

Gefährlich.

Vide *ſupra lit. F. verb.* Freſſentlich.

Gelt vor / Recht nach.

Quando debitor offert pecuniam mutuam creditori in Iudicio, & creditor dicit, plus ſibi deberi, debet Iudex cogere Actorem, vt accipiat oblatam pecuniam, & poſtea cognoſcat, an plus debeatur, vulgo Gelt vor / Recht nach. *Oldendorp. tract. de actionib. claſſ. 4. act. 7. in fin.*

Gemein /

Digitized by Google

fuerunt,in eum finem, vt ſe ſuasque facultates contra vim & incurſiones hoſtiles coniunctis viribus defenderent. Cum autem ſe ſolos ſibiipſis, & defenſionem ſui & ſuorum, contra vim potentiorem nondum ſufficere animaduerterent, in tutelam ac protectionem vicinorum quorundam Principum, tamquam vaſallos contulerunt. Fuit igitur inter Ganerbios quædã ſocietas, firmitas & cõfœderatio, ſui defendendi cauſa coita, certisq; adſcripta legibus, quas leges ſeu conuentiones adpellarunt den Burckfrieden. Ex quo intelligimus, etiam ſub capite, de pactis feudalibus, non incommode hac ipſa de re explicari potuiſſe. Poterat etiam locus dari huic argumento ſub capite: *de ſucceſſione feudi.*

Cæterum vt ſolent etiam bonæ res paullatim ad deteriorem ſtatum inclinare atque degenerare: Ita etiam hac de ſocietate factum eſt, vt ſcilicet, quamuis initio ex honeſtiſſimis & iuſtiſsimis cauſis inſtituta fuerit, tamen in abuſum tandem venerit, & Nobiles illi Condomini ſeu Ganerbii freti arcibus & munitionibus ſuis, non ſolum in defenſionem ſui incubuerint, verum etiam alios per vim inuadere atque opprimere cœperint, aut etiam aliquos ſuæ ſocietatis iniuſta patrantes receptarint. Quocirca ipſorum inſolentia & audacia, publicis legibus & Imperialibus Conſtitutionibus tandem fuit refrenanda. Nam Imperator Maximilianus I. in Comitiis Auguſtæ celebratis Anno Chriſti 1500. inter alia, quibus pacem publicam ſaluberrime ſanciuit, prohibuit, ne Condomini ſiue Ganerbii eum, qui in bannum Imperiale inciderit, quamuis alioqui participet ius illius arcis, quæ inter plures communis eſt, ingredi patiantur: ſed proſcriptum à ſua ſocietate excludant, foresque ipſi occludant, quamprimum declaratio banni ipſis inſinuata fuerit: ſin ſecus faxint, & nihilominus bannitum ſiue proſcriptum permiſerint gaudere poſſeſſione & fructuum perceptione, maximeque ſi eius perſonam ſecum tolerauerint, tum & ipſi quoque receptatores in pœnam pacis publicæ violatæ incidiſſe declarentur ac pronuncientur. Quod plane congruit cum diſpoſi-

Digitized by Google

poſitione iuris ciuilis Romani. *l.1.D.de receptator.* vbi peſsimum genus receptatorum eſſe dicitur, ac perinde puniendum præcipitur, atque ipſi latrones. Quia ſine receptatoribus nemo diu latere poteſt, ſiue vt Paullus ait *libr.5.ſententiarum. tit.3.* ſublatis ſuſceptoribus cupido graſſantium conquieſcit. Pœna autem illa Comitiis Wormatienſibus Anno 1495. conſtituta eſt fere quadruplex, quam vernacula lingua referam. 1. Daß jr Leib vnd Gut allermänniglich erlaubt ſeyn ſoll/ vnnd niemands daran freffeln ſoll oder mag. 2. Daß alle Pflicht vnd Recht/auch Anforderung/die ſie halten ſollen gegen denen/ ſo jhnen verhafft/ todt vnnd abe ſeyn. 3. Daß ſie alle Lehen verfallen zahlen. 4. Daß ſie vor vnredlch gehalten werden. Repetita eſt autem illa conſtitutio & renouata aliis Comitiis Wormatienſibus Anno Chriſti 1521. Deinde in Auguſtanis Anno 1548. Denique inſerta in Ordinatione Cameræ Anno 1555.*part.2.tit.13.*

Exempla huiusmodi arcium, quas vocant Ganerbenhäuſer/hæc licet commemorare.

I. Arx Rotenbergenſis, Rotenberg/quæ non procul diſſita eſt Noriberga, & olim pertinuit ad Wildenſteinios, die von Wildenſtein. Ab his vendita eſt Coronæ Bohemiæ, der Krohn Behem/& tandem peruenit ad Electorem Palatinum, Chur Pfaltz/reſeruato tamen directo dominio. Huius arcis Condomini ſunt plures quam 70. Nobiles, quorum vnus Burggrauius der Burggraff/Burgvogt/Iudicis loco eſt. Nam vt hoc obiter dicamus, veteribus Germanis nihil aliud fuit Graff/ quam Iudex. Quomodo & in libris Feudorum, & in legibus Longobardorum ſæpe Comes vſurpatur pro Iudice, *vt videre eſt tit.27.lib.2.Feudor.* & notauit Hottomannus *in Lexico feudali.* Item Guiac. *ad tit.1.lib.1.Feudor.* Vide etiam Petrum Haigium *in quaſtionibus Iuris.quaſt.2.* Hinc compoſita: Burggraff/Landgraff/Saltzgraff/ Pfaltzgraff/Marggraff/Zentgraff/Wittgraff/Dintgraff/hoc eſt, Iudex pedaneus, Gograff/qui cognoſcit de flagrantibus criminibus. Et Iure Saxonico Comitatus hoc modo definitur: Graffſchafft iſt nichts anders / denn eine Juriſdiction / oder eine Gegenth

vnd

vnd Weichbild in einem Land/welche vor Alters den Graffen durch die Keyſer verliehen worden / auff daß ſie an jhrer ſtatt daſelbſt Gerichtszwang hielten/vnd jederman richteten/dieweil man den Keyſer/ als dem vor Alters alle Gericht allein zugehöret/ nicht in Sachen hat mögen beſuchen.

2. Aliud exemplum præbet Friburgum in Wetterauia, Frieburg in der Wetteraw/ quæ arx etiam & celebris eſt Ganerbinatus, habens item Burggrauium peculiarem, & leges inter Condominos conſtitutas, multis dotata priuilegiis, & Imperatori immediate ſubiecta tanquam domino feudi. De eius priuilegiis vide *VVehner. in tom. 6 Symphor. c. 7. §. 13.* vbi ſumma & tenor eſt priuilegiorum. Videri etiam poteſt *Ioh. Meichſner. tom. 1. lib. 1. deciſ. Cam. 41. fol. 589. & ſeqq.*

3. Aliud exemplum eſt in arce Salisburgo, Salßburg ad Salam in Franconia Orientali, vbi etiam Imperatoris Conradi, qui cognomen *Salici* inde adeptus eſt, regia olim, & Lex Salica primum lata eſt à Varemundo eiusque Conſiliariis quattuor, qui in ipſa lege nominantur. Hæcque arx hodie eſt etiam domus Ganerbica, ſimiliter ſuum habens Burggrauium & ſua regalia. Olim etiam Schwanberg in Franconia am Steigerwald fuit Ganerbinatus. *Chron. Herbipol. f. 39.* neque arces ſolum Ganerbicæ quædam ſunt: verum etiam Ciuitates nonnullæ, vt:

4. Creutzenachum oppidum ſitum ad Rhenum, Creutzenach am Rhein / dominos habens Electorem Palatinum & Marchionem Badenſem.

5. Sic Schmalkaldii, Schmalkalden nahe dem Thüringer Wald/ dum viuerent Comites Hennebergenſes, ex parte dimidia ad ipſos: ex altera pertinuit ad Landgrauios Haſsiæ. Hoie Landgrauius ſolus ea potitur.

6. Eſt & Ganerbinatus zu Gröningen/ cuius mentio fit à Gylmanno *in Symphorem. tom. 4. part. 2. Supplicat. 103. fol. 121.* non procul diſtat von Kirchberg / oder Kraylsheim / in Marchionatu Brandenburgico verſus Noricum.

7. Tale quidpiam olim fuit in ſacris literis *Hebron*, de quo

Digitized by Google

quo habetur in Decreto Gratiani in Iure Canonico. *cap. Ebron.* *13. q. 2.*

8. Sic Ganerbinatus eſt zu Elckerg/ prout mentionem facit der Ganerben zu Elckerg/ Gylmannus *tom. 1. Symphorem. part. 2. tit. 13. Supplic. vlt. fol. 274. & 278.*

De origine & vſu Ganerbinatus hactenus; Sequitur nunc de modo conſtituendi eius iuris.

CAPVT III.

Conſtituuntur autem Ganerbii & bona Ganerbica pactis & conuentionibus ipſorum inter ſe condominorum, qui in confœderationem & ſocietatem huiusmodi ſeſe contulerunt, ſeque ſibi inuicem certis conditionibus deuinxerunt: quibus fere accedit confirmatio & protectio ſuperiorum & potentiorum, vt Imperatoriç Maieſtatis, aliorum ve Principum, quemadmodum in ſuperioribus exemplis videre licet.

Cæterum diligenter diſcernendus eſt Ganerbinatus: tum à pacto, quod vocant Erbeinigung/ quod receptum eſt in familiis quorundam Principum, de quo *ſupr. lit. E. verb.* Erbeinigung. & apud Geil *lib. 2. obſ. 127.* videre eſt: tum à Maioratu & Legato Familiæ, de quo late diſputat *Gomez. in LL. Taurinorum fol. 198. Arius Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. part. 3. & Vaſquius 1. illuſtr. controuerſ. 8. n. 7. & alibi quoq;*. Germani hoc legatum vocant Vorſchreibung/ quæ quidem vſitatiſsimę ſunt. Sed hoc intereſt inter illas & Ganerbinatum. Legata eiusmodi familiæ potiſsimum ſpectant ac reſtringuntur ad vnam duntaxat familiam eiuſdem nominis & originis communis, ita vt ſemper natu maior vſumfructum ex ea re prælegata ſibi habeat, quoad viuit. Eo defuncto idem ius ſtatim deuoluatur ad proximum, qui tunc ætate maximus in ea familia fuerit. Atque ita deinceps.

Ganerbinatus autem latius extenditur, nimirum, vt ad diuerſas quoque familias pertineat, ita tamen, vt vno mortuo ſuccedat alius ex eadem familia, aut ſi non extet vel nolit, por-

Digitized by Google

tio deficientis adcreſcat cæteris condominis. Illud hic, quando de conſtitutione Ganerbinatus agimus, minime eſt prætereundum, poſſe aliquem non modo allodialia ſeu patrimonialia, ac propria ſua bona ſic alienare, vt fiant bona Ganerbica: ſed etiam feudalia, dummodo in his nullum generetur præiudicium, vel agnatis, qui par ius ſuccedendi in feudis habent, (vt in antiquis, & in his, quæ ex pacto & prouidentia) vel filiabus in nouo feudo ſuccedentibus, ſi hoc dictum ſit. Fieret autem his maximum præiudicium, ſi legitima ipſarum interuerteretur. Quod autem poſſit quis propria bona ſiue allodialia ſua facere Ganerbica, id hac ratione nititur: quia vnusquisque rei ſuę legem, quam velit, dicere poſſit, vtpote liber eius moderator & arbiter. Aliis vero præiudicium creare non poteſt, nec debet alteri per alterum iniqua inferri conditio, nec cuiquam ius ſuum inuito auferri, *per iura vulgo notiſſima.* Ita ſcio, Nobilem quendam ditiſsimum, cum haberet duo feuda, & plura allodialia ſatis lauta, agitaſſe apud animum ſuum, tam illa, quam iſta conuertere in bona Ganerbica, idque in fauorem agnatorum, (quorum etiam voluntatem & adſenſum ſuper ea re per literas explorabat, adhibiturus etiam conſenſum domini feudi) & ad familiæ ſuæ conſeruationem: qui tamen Nobilis, priusquam cogitata exequi poſſet, & conſenſum Senioris impetraſſet, rebus humanis exemptus fuit.

CAPVT IV.

De iure Ganerbiorum, quo cenſeantur, hæc pauca reperi: Nullam inter ipſos & alios vaſallos fere differentiam: exceptis illis pactis & conditionibus ſocietatis, & fœderis inter ipſos initi & mutui. Quamquam enim aliquis in ipſorum ſocietatem receptus, & conditionis particeps factus fuit: in aliis tamen rebus perſona ipſius non mutatur, nec deſinit eſſe vaſallus, aut ſubditus illius domini, cuius erat, antequam in Ganerbinatum daret nomen. Ratio eſt, quia pacta inter me & te compo-

ſita,

ſita, non debent tertio alicui nocere, cum res ſint inter alios actæ. Et licet interdum totum collegium ſiue corpus condominorum habeat ſua priuilegia & regalia ab Imperatore ſibi conceſſa; tamen ea non ſunt ſingulorum condominorum, ſed omnium pariter. Sic neque Status Imperii fiunt omnes, quamquam nonnumquam Baronatus & ſimilia feuda poſſideant. Inter ipſos autem Ganerbios pacta conuenta, dummodo non ſint contra bonos mores & leges ac ius publicum, proculdubio obſeruanda ſunt. *argument. l. 1. l. 38 cum ſimilib. D. de pactis. l. 1. D. de conſtituta pecunia.* Solet autem plerumque in eos, qui Ganerbinatum conſtituunt, de eo conueniri, vt maximus natu in ea gente ſit adminiſtrator bonorum, & pro onere adminiſtrationis partem aliquam fructuum ſibi habeat præcipuam: reliqui fructus diuidantur æquis portionibus in omnes gentiles & agnatos, qui quidem ſint puberes, maxime ſi ſtudiis vel rei militari dent operam.

CAPVT V. & vltimum.

Quod denique attinet ad modum exſtinguendi tollendique Ganerbinatus: quemadmodum ſocietas quælibet renunciatione ſocii tollitur. § *manet. Inſtitut. de ſocietat.* Ita iſti quoque fraternitati & confœderationi inter cōdominos puto poſſe renunciari ab eo, cui non amplius libet in illa ſocietate & communione ſtare, in qua certe inuitus nemo detineri debet Similiter etiam à Protectore ſiue Dominis illius arcis, in qua Ganerbinatus eſt conſtitutus, liberabitur renunciatione, argumento eorum, quæ alibi tradita ſunt, de refutatione feudi facta à vaſallo. Hæc de Ganerbiis habui, quæ adferam, non tam, quod vbique plene adquieſceret animus, quam vt aliorum ſtudia excitarem, *διδακτρα* libenter daturus ei, qui plura aut meliora me docuerit. Adhuc enim non potui inuenire, qui de hoc iure, quod recens cuſo vocabulo *Ganerbinatum* appellari poſſe, dixi, ex profeſſo ſcripſerit, ita Conradus Ritterſhuſius IC. Profeſſor

V 2 Nori-

Digitized by Google

Noricus, Altorphinus Præceptor meus obſeruandus ſentiebat 4. Nouemb. 1601.

Vide wider der Ganerbenſchloß Reichsabſchied *fol. 44. part. 1. & fol. 122. B. & fol. 44. B. part. 2.* vnnd das wider die Ganerben/ ſo die Echter zu jhrer Ganerbſchafft zulaſſen/ ſoll am Cammergericht in prima Inſtantia gehandelt werden. *ibid. fol. 144. part. 2.* Cammergerichtsordnung *part. 2. tit. 13. fol. 311.*

In Camera ſi quis ſupplicet contra Ganerben/ qui diuerſis Iudicibus ſubiecti ſunt, & ſic coram diuerſis Principibus conueniendi, tunc ex cauſæ continentia proceſſus decernendi. Ita factum *in cauſa* G. von E. *contra* W. vbi narrauit, quod Windesheimb ſubſit Electori Palatino P.R. & Rheingrafio, & ſic coram omnibus eos conuenire debuiſſet, ideo decreti proceſſus 8. Iunii Anno 1592. Vide *Gylman. tom 3. Symphorem. fol. 99.*

Gatterherrn/ Gatterzinß.

Vide *ſup. lit. A. verb.* Aigenſchafft.

Gatterzinß oder Nachzinß werden genannt die/ ſo auff einem Gut nach den Aigenzinſen bekennet oder verſchrieben ſind/ & fere Noribergæ frequentantur. *Reformat. Norica. tit. 23. l. 1. §. 3.*

Gaw.

De vocula, Gaw vnd Gew/ vide Andr. Knichen *c. 3. de ſublim. territ. iure. n. 160. & ſeqq.*

Gebott vnd Verbott.

Gebott vnd Verbott/ eſt certa iurisdictionis ſpecies. *Tilm. de Benign. in Apoſpaſm. obſ. ſupplic. Cam. 39. n. 3.* quæ fere ad Vogtey pertinet. Vide *inf. verb.* Vogtey *lit. V.* & eſt ius certum, quemadmodum & Ober- vnd Gerechtigkeit. *Gylman. tom. 1. Sympho. p. 1. fol. 291. n. 41.* Vide *inf. lit. V. verb.* Vogtheiliche Obrigkeit.

Geding.

Vide *infra* verba, Vogtgeding vnd Rechtgeding, *lit. V. & R.* vbi

vbi pro iudicio aut iuriſdictione vſurpatur. Iure Saxonico termini præiudiciales vocantur Geding/ verbi gratia, Von 14. Tagen zu 14. Tagen citirn/ biß vff 6. Wochen vnnd 3. Tag/ das iſt/ von eim Geding zum andern/ & dicitur 3. Geding. *Coler. deciſ. 133. n. 11.* quod in praxi ſeruatur in Bawrngerichten/ & in cauſis ſummariis, & Dingtage vocantur. *Coler. deciſ. 110. n. 2.*

Interdum vocabulum, Geding/ ſumitur pro inueſtitura abuſiua, eine Anwartung/ als/ am Geding iſt kein Folge/ hoc eſt, in abuſiua inueſtitura nulla eſt ſucceſsio. Cuius regulæ hic eſt ſenſus: Si dominus feudi fecerit alicui gratiam in feudo alterius, ein Gnadenlehen verhieß/ oder ein Geding/ Expectantz oder Anwartung auff eines andern Lehen/ poſt mortem eius, qui heredes maſculos non habet; Tunc ſi dominus feudi interim moriatur, antequam ille, cui promiſsionem fecerat, ad feudum perueniat, tunc non tenetur filius domini, parentis ſui promiſsionem vel inueſtituram ratam habere. Et ita paſsim à Principibus, maxime Saxoniæ, hodie practicatur. Sunt tamen diligenter verba inſpicienda. Nam ſi dixerit dominus: *Nos inueſtimus te pro nobis & noſtris heredibus.* tunc tenentur heredes inueſtituram ratam habere; alias ſecus. atque ita practicatur. Vide de hoc *Schurff. conſil. 16. cent. 1. Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 25. n. 33. & ſeq. & q. 26. num. 13. & ſeqq. Coler. deciſ. 88. & deciſ. 8. n. 6. Nouell. Elect. Auguſt. p. 2. conſtit. 45. & c. vn. qui ſucceſſ. feud. dare teneantur. ibi Aluar. & alii.* De eo, das Geding bringt Landrecht/ vide *infra lit. VV. verb.* Willkür bricht Landrecht.

Gedingte Heyrath.

Vide *ſupra lit. E. verbo* Einbrachtgüter.

Gefängnuß. Gefangene.

De carcere & carceratis vide *Peck. in tr. de iure ſiſtendi. c. 28.* Carcer ad cuſtodiam potius, quam vindictam inuentus. *leg. aut damnum. §. ſolent præſides. de pœnis.* Denn die Gefängnuß ſollen zu

Digitized by Google

Erhaltung / vnnd nicht zu ſchwerer gefährlicher Peinigung der Gefangenen gemacht werden. P. H. O. *Carol. V. art. 12.* & abrogata eſt conſuetudo, qua carcer magis pœna eſt, quam detentio. *d. art. 12. & art. 218.* vbi & hoc ſtatutum, daß keine Obrigkeit leichtlich ehrliche Leuthe ſoll ins Gefängnuß legen.

Interdum tamen carcer etiam pœna eſt, quod vtplurimum fit in leuioribus delictis, aut ob mitigationem pœnarum reſpectu perſonarum egregiarum. *c. quamuis. de pœn. in 6.* quod non modo iure Canonico ita receptum, ſed & conſuetudine adprobatum eſt. *Geil. 1. pac. publ. 1. n. 33.*

Carceratus dicitur non tantum, qui in carceribus eſt, ſed & qui extra carcerem ita anguſte certo loco circumſcriptus eſt, vt ab eo recedi ſub pœna non poſſit, ſo einer in eine Statt oder ſein eigen Hauß verſtrickt wirt. *per l. ſolutum. de V. S. l. ſuccurritur. § f. cum l. ſeq. ex quib. cauſ. mai. Bald. in l. vn. n. 13. C. de confeſſ. Panorm. in c. accedens. n. 1. & 2. de procur. Lanfranc. in c. quoniam contra. de probat. verſ. confeſſ. n. 13.* Et huiusmodi carceres publicos, puta quando tota Ciuitas alicui pro carcere datur, *vinculum Ciuitatis* appellare poſſumus. *l. exilium. de interdict. & releg at.* vbi I C. relegationem in Inſulam, vocat *vinculum Inſulæ.* Solet autem fere Nobilibus ac dignioribus perſonis totum palatium vel tota Ciuitas pro carcere adſignari. *Angel. in l. penult. n. 2. quod metus cauſa. Tiraquell. de nobilitate. c. 20. n. 29.* Sic quoque certa pars prouinciæ pro carcere dari poteſt. (cuius rei inſigne exemplum hodie extat. Intelligenti ſatis.) ne illam iniuſſus egrediatur, idque *affinare* vocant Dd. *l. relegatorum. § ſicuti. d. tit. Iaſon in l. admonendi. nu. 173. de iureiur. Decius conſ. 219. n. 9. Dd. in l. cui pacto. de ſeru. export. Franciſ. Marc. q. 360. & 364.* In vinculis quoque dicuntur eſſe, qui interpoſita ſtipulatione ita relaxati ſunt, vt moniti iterum ſe ſiſtere, & certo loco repræſentare ſe velint, So einer die Hand von jhm gibt vnd zuſagt/ auff erfordern ſich widerumb einzuſtellen. *per l. in eadem cauſa. ex quib. cauſ. maior. vbi gl. in verb. non poſſunt. l. nec non. §. 1. eod. Bart. in l. 1. n. 1. de cuſtod. reor.* quod in Germania quotidie fieri aſſolet. *Geil. tr. de pignor. c. 9. in fin.* Illi enim, qui carcerib. omnino rela-

Digitized by Google

relaxantur, iurare morib. noſtris debent, ſe non vlturos, quidquid ibi paſſi ſint: ac ſi condemnati ſint, parituros ſe etiam ſententiæ. Als / die verwieſen werden / müſſen das Land verſchweren / welches man Vrphede nennet. *VVeſembec. in paratit. C. de ſatisdat. n. 6.* De relaxatione ex carcere vide *Coler. par. 2. c. 3. Proceſſ. executiu. num. 74.*

Subditi contra ſuum Principem poſſunt in Camera petere relaxationem, ſi iniuſte carcerati ſunt. *Tilman. de Benign. in Apoſp. 1ſm. Gyl. obſ. Camer. fol. 6. part. 2, Ordin. tit. 5.* vide *ſup. verb.* Bericht ſchreiben. *lit. B.*

Moribus etiam illi, qui petunt reum incarcerari, cautionem prius præſtare debent, eam rem iudicio fraudi non fore. *VVeſemb. in paratit. C. de ſatisdat. n. 5.*

Acceſſus ad incarceratum non eſt cohibendus publica cuſtodia præſente. Weſembec. *conſil. 97. in fine.* vbi *n. 13. & 12.* dicit: Carceratum eſſe miſerabilem perſonam: & eorum cauſam piam eſſe & fauorabilem.

Nota hic, quod per relaxationem carcerati ſub fideiuſſoribus cauſa criminalis efficiatur ciuilis. *Coler. deciſ. 22. n. 8. Lipſenſ. deciſ. 58. 59. 60. 466. 489. vol. 2.* quod verum eſt, vt ne Iudex quidem ex officio, iſto caſu criminaliter aduerſus reum experiri poſſit, ſed cogatur contentus eſſe mit der höchſten Gewette. 1. Landrecht. *62. & 63 Konig. in proceſſ. c. 138. n. 8. cir. fin.*

Gefährlich.

Vide *ſupra lit. F. verb.* Freſſentlich.

Gelt vor/Recht nach.

Quando debitor offert pecuniam mutuam creditori in Iudicio, & creditor dicit, plus ſibi deberi, debet Iudex cogere Actorem, vt accipiat oblatam pecuniam, & poſtea cognoſcat, an plus debeatur, vulgo Gelt vor/Recht nach. *Oldendorp. tract. de actionib. claſſ. 4. act. 7. in fin.*

Gemein/

Digitized by Google

Gemein / Gemeinglich / Gemeine Beſcheid / Gemeine Landſtewer / Gemeiner Weydgang / ꝛc.

Gemein dicitur illud, quod alias *conſuetum, vſitatum, vulgare* ſiue *gregarium*, vulgo gebräuchlich / gewöhnlich vnd ſchlecht / dici ſolet, ad differentiam eius, quod eſt minus conſuetum ſeu ſpeciale & ſingulare. Et conuenit cuicunque rei, quæ nihil habet ſpecialitatis vel ſingularitatis, & quæ frequens vſitataque eſt, tam animatæ, quam inanimatæ, tam corporeæ quam incorporeæ. Dicimus enim, Ein gemeine Kleidung / die nicht köſtlich / fürbündig / ſondern gebräuchlich iſt: Ein gemeiner Redner / ein gemeiner Prediger / ein gemeiner Doctor / Schreiber / ꝛc. ein gemeine Stimm / ein gemeiner Verſtand / ꝛc. Ita habemus in Terentio, vbi *communis animus*, pro ſtupido & ignaro exponitur, ein ſchlecht toll Gemüth oder Verſtand. Item dicitur, ein gemein Ding / id quod frequenter fit & vſitatum eſt. Item, das gemeine Volck / excluſis optimatibus & patriciis. Sic poſſumus dicere, ein gemeine Stewer / quæ vſitata eſt & frequentior.

Adpellamus etiam Gemein / id, quod generale, ſeu generaliter omnium & plurimorum, quaſi omnibus vel plurib. conſentiens, actiue & paſsiue, vt communis affectus patris in liberos, mariti in vxorem, ciuis in patriam: Item communis hereditas, commune prædium. Et de hoc communi habemus tit. Iuris C. & D. nempe D. *com. præd. comm. diuid. commun. de ſucceſſ. commun. de vſucap.* Vel etiam dicitur Gemein / quod homines alicuius Reip. Ciuitatis vel municipii publice concernit & tangit. Exemplum: Ein gemeine Alpen / ein gemeiner Viehtrieb / ein gemeine Landſtraß / gemeiner Nutz / gemeine Landſtewer / gemeine Beſchwerd / gemeine Gerechtigkeit. *Mynſing. dec. 7. reſponſ. 64. numer. 5. 6. 7.*

Sic verbum Gemeinglich / idem eſt quod *frequenter* ſeu *plerumq́,* non vniuerſaliter & ſemper. Dictio enim Gemeinglich / bedeut / das nicht allwegen vnd durchauß gleich gehalten / ſondern nur gemeinglich / & conſequenter bißweiln anders vorgangen. Vide *ſupra* Allwegen / Allzeit / ꝛc. *Meichſn. t. 3. dec. 14. n. 65. & ſeq. f. 476.*

Dictio

Dictio enim *plerumq;*, gemeinglich/ frequentius in iure noſtro regulam denotat, quæ aliquam, ſed rariorem pati ſoleat exceptionem, *vt videre licet in §.fin. Inſtit. de legitim. patron. tutela. l.cum virum. vbi gloſſ. C. de fideicom. l.3. verſ. quia plerumque, de offic. præfect. vrb. l. procuratoris. §. licet. de tribut. act. Goddæus in l. 1. n.35. de verb. ſign.*

Sic Gemeine Landſtewer eſt quidem illa contributio, quæ vulgaribus tantum imponitur, puta ruſticis & plebeiis, dem gemeinen Mann/ oder den Gemeinden / non etiam Prælatis & Nobilibus pro communi more patriæ, tamquam der Gemeind Stewer. *Mynſing. d. reſp. 64. n. 56. & 23.* Communiter tamen Gemeine Landſtewer iſt die/ ſo durch das gantze Land gehet/ vnnd in gemein vff jedermann geſchlagen wirdt/ quæ imponitur ſtatibus & ordinibus, ac omnib. ſubditis Ducatus ſeu Prouinciæ. Quemadmodum enim illæ neceſsitates publicæ Prouinciarum, propter quas imponuntur iſtæ contributiones, & munera publica ſolent nominari Gemeine Landsnoth/ ex eo, quod ibi vniuerſaliter omnium totius Prouinciæ, tum ſubditorum, tum incolarum commune periculum & incommodum vertitur; Sic etiam ipſas tales contributiones generales ob id nominari gemeine Landſtewer oportere, quod communiter, generaliter & vniuerſaliter ab omnibus pendantur & contribuantur, nemo noſtri idiomatis recti ſermonis gnarus non intelligit. Et hoc propter paritatem ſiue identitatem rationis, quæ cauſat paritatem diſpoſitionis circa nomen. *l. illud. ad l. Aquil. l. à Titio. de V. O. Mynſin. reſp. 64. n. 25.* Et certe non tantum ex propria & genuina ſignificatione, ſed & ex communi vſu loquendi & intelligendi illa dictio, Gemein/ frequentius & vſitatius intelligitur pro generali, quam pro conſueto. Et hoc eſt notorium notorietate facti permanentis. Quotiescunque enim in Comitiis Imperii generalibus & priuatorum fœderum ac circulorum & Prouinciarum conuentibus ſpecialibus, vff Reichs- vnd Kraißtagen/ ꝛc. incidit mentio ſeu tractatio de aliqua impoſitione, exactione vel contributione publica irroganda, ſemper vtimur hac vocula, Ge-

X mein/

mein/pro generali & vniuerſali. Dicimus enim, ein gemeine Hülff/ ein gemeine Stewer/ der gemeine Pfenning/ein gemeine Anlage/ꝛc. Dicimus &c. die gemeine Reichsordnung/der gemeine Reichs-Abſchied/gemeine Reichstag/ gemeine Reichsverſamblung/ gemeine Chriſtenheit/ das gemein geſchrieben Recht / ein gemeine Chriſtliche Kirche/ ein gemein frey Chriſtlich Concilium , gemeiner Nutz/ gemeine Teutſche Nation / gemeiner Feind der Chriſtenheit der Türck / gemeiner Türckenzuge/ gemeiner Vnkoſt oder Zehrung/ quod omnes tangit ac concernit. Et ab hac ſignificatione magis vſitatiore, ac tamquam magis propria recedere non debemus, niſi manifeſte conſtaret, aliud ſenſiſſe contrahentes. *arg. l. non aliter. de legat. 3. Mynſing. d. dec. 7. reſp. 64. n. 23. & ſeqq.*

Gemeine Beſcheid.] In Camera Imperiali werden die gemeinen vnd ſchlechten Beſcheid diſcernirt ab interlocutoriis , die ad referendum vbergeben werden. Dann wann man findet: Iſt Zeit zugelaſſen: vnd erkannt: Item abgeſchlagen: Vorgewandter Einred: Vngehindert zugelaſſen: das ſind interlocutoriæ , die in Camera deß Sambſtags referirt werden. *Gylman. tom. 3. Sympher. fol. 313.*

Gemeiner Weidgang / h. e. commune ius compaſcui. Commune, Gemein/diuerſimode accipitur. *Zaſius de rer. diuiſ. n. 20. Dec. conſ. 388. n. 1.* Sicut autem communicatio fructuum non inducit proprietatem fundorum. *c. de fratrib. de nou. feud. inueſt. Alexander conſil. 152. n. 4. vol. 7.* Ita nec ius compaſcui aut ſeruitus præſcripta vel conſtituta, hoc operari poſſe videtur, vt paſcua fiant pro parte indiuiſa, communia tamquam propria. *Decius conſil. 435. n. 5. Alexander conſil. 84. n. 2. vol. 7.* Dann gemeiner Weidgang ſic intelligitur, vt commune ſit in caſibus expreſſis, in aliis vero non. *argum. l. cum prætor. de iudic.* Nam licet quid ſit commune, quoad quid, tamen non intelligitur quoad omnia. *Alexand. d. conſil. 152. nu. 2. vol. 7.* Vide *Meichſner. tom. 1. deciſ. Camer. 26. n. 10. fol. 507.*

Genannte.

Noribergæ iſt der klein vnnd groſſe Rath. Senatus eſt maior,

Digitized by Google

maior, aut minor. Der kleine Rath ita dicitur reſpectu numeri, quia pauciores ſunt in eo conſilio Senatores, vnd wirdt auch der jnner Rath genannt / qui dignitate præcedit. Der euſſere Rath aber beſtehet von 40. Rathsherren / vnd wirt auch der gröſſer Rath genennet. Et hi Senatores conſilii maioris vel exterioris alias adpellari ſolent, die Genannte / oder Genannte deß gröſſern vnnd euſſern Raths. Vnnd ſeynd die / ſo deß gröſſern vnd euſſern Raths ſeyn / auß denen man die deß jnnern vnnd kleinern Raths zu wehlen pflegt. Et hoc obſeruandum, cum alias, tum etiam propter mandata procuratoria, Gewalt oder Vollmachten der Anwald. Dann ſo die Gewalt zu Nürnberg mit zweyer Genannten Inſigel bekräfftigt iſt / ſo wirt ſie für kräfftig gehalten / licet & aliis modis poſsit fieri & confirmari. Vide *Reformat. Noric. tit. 8. l. 5. fol. 44. & ſeq.* Sic fere pacta dotalia Noribergæ ſigillantur von zweyen Genannten / eodem modo, quo mandata procuratoria, quod vſus obſeruat. Vide *tractat. noſtrum de modo appellandi & priuil. cap. 5. verb.* Nürnberg.

Gerade.

Gerade / volle gerade / was das ſey vnd darzu gehöre / findet man im Weichbild *art. 23. in prima quæſt. & 1.* Landr. *24. &* Lehenr. *c. 56. in gloſſa.*

Gerade dicitur quaſi Geräthe / vtenſilia, inn eines Mannes Hauß / *gl. Germ. 1. in d. lib. 1. art. 24. in fin.* vnd gehören zur Gerade alle Schaff / (ita pronunciant Magdeburgenſes) es ſeyn Schöpſe / Stehrn oder Hämmel. Lipſenſes a. dicunt, alle Schaff vnd Lämmer / die nit Männlein. Dann die andern gehört zum Erbe. *gl.* Lehenrecht. *c. 56.* Im Hoffgericht ſpricht man der Gerade ſolche Schaff zu / die vor den Hirten gehen. Alias autem indiſtincte pronunciatur ſuper ouibus ſiue gregatim paſcantur, ſiue non. Item agnis. *gl. d. art. 24. lib. 1. & art. 20. vbi gl. in verb.* Bleibt ſie. Item ſiue in cura mariti detineantur, ſiue pro certo pretio fuerint elocatæ. Lehnrecht *gl. c. 56.* §. Leſt aber die Fraw. *ibi*; Auff daß ihr nun eigentlich / *&c. verſ.* Hätte aber einer Schaffe / *&c.* Item Enten / Gänſe / geſchliſſe-

 ne Fe-

Digitized by Google

ne Federn/ Kiſten mit vffgehabenen Liedern/ Laden/ Siedlen/ darinnen die Frawen jhr Geräthe einſchlieſſen/ vnd dazu ſie die Schlüſſel gehabt/ alles Garn/ rohe vnd geſotten/ Lein/ Flachs/ Hanff/ (intellige tamen was eingebracht/ dann do es noch vff dem Feld ſtehet/ gehöret es nicht zur Gerade. *gl. German. d. lib. 1. art. 24. in verb.* Was auch dieſes Ding verſetzt. *verſ.* Der Flachs vnd Hanff vff dem Feld/ *&c. post n. 4. fol. 59. col. 3. & facit l. veſtimentorum. de aur. & argent. legat.*) Alle Betten/ (ſecus tamen in lectis, quos hoſpes habet in ædib. pro receptandis viatoribus. Hi enim non vxori, ſed heredib. debentur. *gl.* Weichbild. *art. 23. & not. gl. Germ. d. art. 24. num. 3.* vbi etiam diſſoluitur illa quæſtio: an lecti è tali hoſpitio in alium locum deportati cenſeantur iure Geradæ.) Pfül/ Küſſen/ Leylach/ Tiſchlacken/ Handquellen/ außgeſchloſſen/ was die hievon zum Heergeräthe zu geben gebüret/ Bettlacken/ Decklacken/ Schleyer/ Becken/ Leuchter/ die nicht angehenckt ſeyn/ eine Kandel/ ein Tiſch/ ein Stul/ eine Siedel/ (hæc tamen quatuor tantum dantur in iis locis, da man Weichbild Recht helt. *gl. latina lit. G. ar. 24.* Landr. *lib. 1.*) vnd wann mehr denn ein Stück deſſelben vorhanden iſt/ ein Waſchkeſſel/ Brawpfanne/ (was ſonſten Brat- oder andere Pfannen ſeyn/ Item Zinnwerck/ Schlüſſeln/ Tigeln/ Kandeln/ Bradſpieß/ Küchenwerck/ Silbern Löffel/ Becher gehören alles zu Erbe. *Lipſenſ. deciſ. 28. vol. 2.*) Die man pfleget zu vernieten/ vnnd nicht eingemawret iſt/ Vmbhenge/ Vorhenge/ Deppichte/ alle weibliche Kleider/ ſie ſeyn leinen/ wüllen/ ſeydin/ auch alles wz zu Frawē Kleidung geſchmeiden/ vnd Gezierde/ Fingerlein/ Häffte/ Ringe ſo Frawē pflegen zu tragen/ (vnde annuli ſignatorii folgen dem Erbe. *addit. lat. lit. I. art. 24. lib. 1.* Landrecht. Si etiam talia Clinodia haberet aurifex, hæc pertinent ad Erbe/ non ad Gerade. *gl. d. art. 24.*) vnd inn jhren Gewehr zu haben/ ſie ſeyen von Silber oder Golt gemacht/ (quid autem iuris, ſi datum fuiſſet aurum vxori pro formanda catena, ea nondum formata decedat mater. Item, quid ſi auream catenam conflaſſet eo fine, vt fieret catena in alia forma, & priusquam formaretur, decederet mulier, an pertineat ad geradam. Vide *Lipſenſ. deciſ. 28. vol. 2.*) Item Becher/ Schalen/ Löffel/ (hæc tria dan-

dantur ſecundum Magdeburgenſes. Lipſenſes autem geradæ iſta non attribuunt. (Landrecht. *lib.1. artic.24.*) Alles gewirckt Gold vnd Silber zur Frawenzierde gemacht/ Halßband/ Armband/ Gürtel beſchlagen vnd vnbeſchlagen/ Berlene/ Creutz/ Hauben/ Porten/ Schnüre/ Corallen/ (Pater noſter, aber ſo Männer tragen/ gehören zum Erbe/) gekrümbte Gülden/ ſo die Frawen am Halſe tragen/ oder an Händen/ Bücher darinn Frawen pflegen zu leſen/ Rocken/ Pürſten/ Spiegel/ Schären/ Milchgefäß/ behenckte Wägen/ darauff die Weiber fahren/ vnnd dieſes alles heiſt nach Sachſen Recht volle Gerade/ quæ Gerade debetur vxori poſt mortem mariti. Filiabus autem der verſtorbenen Mütter/ debetur tantum Nifftelgerade/ hoc eſt, illæ ſpecies der Gerade/ welche deß Weibs oder der Mutter eigen geweſen/ & quas defuncta ad maritum ſuum adtulit: aut quod Gerade nomine ipſi in vita ex ſucceſsione vel aliter ſuperuenerit. Vide *Coler. deciſ. 60. n. 32. 33. &c. & part. 1. c. 3. de Proceſſ. executiu. num. 272. & ſeqq.* Rotſchütz. *de dotalitio art. 9. vſq. ad 15. Hartman. Piſto. lib. 1. q. 31. 32. 33. 34.*

Gerhaber.

Tutor originaliter dicitur à tuendo, quaſi tuitor ſeu defenſor, Italis *difenſore del pupillo*, Gallis *tuteur. l. 1. §. 1. de tutel. & in Inſtit. eod. tit.* Ein Pfleger/ Vormund/ Gerhaber/ Pflegvatter/ Pflegvoigt/ Trewhalter/ Trewhänder/ Monper/ quod vltimum vocabulum valde vſitatum eſt ad Rheni tractum, am Rheinſtrom/ atque, vt mihi videtur, à Gallis ſumtum. Gallia enim Rheno viciniſsima. Dicitur autem Monper/ quaſi *Monpere*, h. e. pater meus alter, Mein Vatter/ Pflegvatter. Vide *infr. lit. M. verb.* Monper.

Hodie vero moribus peruerſis eo redactum eſt, vt quemadmodum in Latina ac Italica, ita & in Germanica ac Gallica lingua tutorum nomen valde ſit exoſum ac abuſiuum. Fere enim tutores ſunt tollitores, (Latinis *tutor*, Italis *tutore*) quaſi à tollendo nominitati: eo quod communiter tollant ac furantur bona pupillorum, aut alias male tutelam adminiſtrãt, quod

exemplis illuſtrat *Dn. Obrecht. IC. clariſſ. in diſp. de patrocin. pupillor.* Idemq; ante eum notauit Albericus & Spigelius *in Lexico. verb. tutela. & verb. tutores.* ac caueri iubet *Anton. Piagg. tract. de tutelis. q. 1. n. 3.* Ita etiam Maximilianus Imperator eos, qui tali eſſent ingenio rapaci, feſtiue vocare ſolebat Gernhaber/ addita patriæ voci Gerhaber litera N. Ex Auſtrica enim familia nobiliſsima oriundus Imperator optimus, in qua Gerhaber vocant tutores ſuos Auſtriaci.

Sic & aliis Vormund propter abuſum per *ἀντίφρασιν* vocatur, quaſi vor dem Mund/ hoc eſt, Den Pupillen das Brot vor dem Mund Wegnehmer. Et Gallis *tuteur*, dicitur tutor: in plurali *tuteurs*, quaſi dicas, *tout eurs*, omne eorum, hoc eſt, Es iſt alles der Vormünder. Eſt enim hodie mira eorum improbitas, adeo, vt Iuſtinus Goblerus *in explanatione* deß H. Röm. Reichs Policey-Ordnung. *c. 3.* commune Germanorum hoc dicterium eapropter notauerit: Pfleger Trew ward nimmer new. Item/ Sie haben Seugammen art an ſich/ ex Dn. Oldendorpii ſententia, hoc eſt, omnes æque probos eſſe & vnius farinæ: Es ward ſelten ein guter Vormund geboren. *Oldendorp. Spigel. & Gobler. dd. loc. Mynſ. ad rubr. Inſtit. de ſatisdat. tutor.* Nec opus eſt, vt hac de re pluribus agamus, aut exempla adducamus, cum pleni ſint huius rei omnes anguli, omnes terrarum voces. Ac quis neſcit, quid nobis nuper aut noſtris acciderit. Digniſſimi tamen tales, daß ſie das Brot vff die Seele freſſen: quibusque hæc nouerca domi ſit: *male parta, male dilabuntur*: idque cito, citius, citiſsime.

Gericht/ Obergericht vnd Vntergericht/ Erbgericht/ vnnd peinlich Halßgericht/ ꝛc.

Iudicium Gericht habet varias ſignificationes, inn den gemeinen Rechten/ vnd bey derſelben Lehrern/ vnd wirt ſecundum ſubiectam materiam varie verſtanden. *iuxta Hoſtienſ. in ſumma ſua. & Abbat. in rubr. ext. de iudic. & c. forus. de V. S. vbi CC. Mynſinger. decad. 13. reſponſ. 3. n. 111. Azo in ſumma. Cod. de iudic. Vult. in Proceſſ. iur. manuſcripto libro primo, cap. 1. Gilhauſen in Arbore iudiciar. ciuil. in prin-*

in princip. prælud. vbi omnino vide diuiſiones Iudiciorum.

Iure Saxonico dupliciter etiam diſtinguuntur Iudicia, ſecundum iurisdictionem ſcilicet. Alia enim eſt Imperii, ſub qua comprehenduntur omnes gradus meri & mixti Imperii, altæ videlicet & mediæ iuſtitiæ, quæ vulgo de praxi appellatur *Iurisdictio pœnalis & ſuperior, ſeu iudicium criminale*, die Obergerichte/ Item Peinliche Gericht/ Halßgericht/ Blutban/ ꝛc. quando videlicet pœna concernit diminutionem vitæ, amputationem manus aut alterius membri, wann die Klag an Haut vnnd Haar gehet/ h. e. quando pœna aſcendit ad fuſtigationem. (Vide *infr. lit. Z. verb.* Zu Haut vnd Haar/ ꝛc.) *ſecundum additionem latinam litera F. & gl. art. 28. lib. 2. & art. 13.* Landrecht. *& gl.* Weichbild. *artic. 16. §.* Jhr ſollt wiſſen. Et Iudices, qui ſuperiore hac iurisdictione armati ſunt, appellantur Peinliche Richter/ Oberrichter. Ad hanc iurisdictionem pertinent omnes querellæ & accuſationes ſuper quibuscunque delictis & maleficiis, quę Saxo vocat Vngerichte. Landrecht *lib. 1. art. 68. in princ.*

Altera ſpecies iurisdictionis ſeu iudicii Saxonici vocatur *ſimplex iurisdictio*, vulgo die Erbgericht/ Nider- oder Vntergericht/ & Iudices, die Erbrichter oder Vnterrichter. In hanc ſpeciem iurisdictionis includuntur cauſæ pecuniariæ & ciuiles, quas vocamus Gult vnd Schult. De hac materia plane agit *Coler. de proceſſib. executiu. part. 2. c. 1. à n. 105. vſque ad fin. capitis.* De eius ſpeciebus vide *inf. lit. Z.* Zent. *& V.* Vogtey.

Norībergę hats auch vielerley Gericht:

1. Das Stattgericht/ quemadmodum & aliis in Ciuitatibus.

2. Das Fronbottengericht / an welchem geringſchätzige Sachen vff ſechs Gülden werth in Golt verrechnet werden. *Reformat. Norica. tit. 1. l. 1. l. 2.*

3. Das Bawrngericht *ib. l. 3.*

4. Das Bawgericht *ib. l. 4.*

5. Das Straff oder Fünffergericht/ an welchem Schmach-Sachen gehandelt werden/ remota appellatione *l. 5. ibid.*

Digitized by Google

6. Das Rüggericht wegen der Handwercks Rugen und jhren Ordnungen. *l.6.eod.*

7. Das Forſt und Zeidelgericht / betreffend die Forſthuben / Zeidelgüter / Waldrecht / und derſelben Pfandungen. *l.7.d.tit.1.Refor. Norica.* Herbipoli, zu Würtzburg hats das Cantzleygericht / Hoff und Rittermannlehengericht / vbi feudales cauſæ aguntur; Item / das Landgericht Hertzogthumbs zu Francken / Bruckengericht / Stattgericht.

Sic & aliæ ſunt alibi Iudiciorum ſpecies, als Cammergericht / vide *ſupra lit. C.* Item Hoffgericht / Heimliche Gericht / als in Weſtphalen / Kampffgericht / Voigtgericht / Zentgericht / Stangengericht / Helffgericht / Dorffgericht / Märcktgericht / Burgergericht / Peinlichgericht / Halßgericht / Obergericht / Untergericht / Weltlichgericht / Geiſtlichgericht / Ehegericht / Ackergericht / (Francofurti ad Mœnum hats Ackergericht. *Reform. ead.*) Gaſtgericht / Erbgericht / Nidergericht / Manngericht / Lehengericht / Saalgericht / Kellergericht / (ſc. der Thumbherrn im Bruderhoffe zu Straßburg / Würtzburg / ꝛc.) Gemengt Zentgericht / Zent Petergericht / Landſiechelgericht / ꝛc.

Moribus noſtris alias iurisdictio aut eſt eccleſiaſtica, aut ſecularis. Huius Imperator: illius caput eſt Pontifex. Eccleſiaſtica aut ordinaria eſt, quam quis iure collatæ dignitatis & officii habet ac exercet: aut delegata, quam quis mandatu Ordinarii Magiſtratus vel delegati Papæ conſequitur & exercet. Secularis itidem & ordinaria eſt & delegata. Ordinaria hæc rurſus eſt aut principalis, aut beneficiaria. Principalis eſt, quam quis per ſe habet, vt Rex, Princeps, Comes, &c. qui ex ſucceſſione regna, principatus, Comitatus, quibus iurisdictio cohæret, conſequuntur. Beneficiaria eſt, quam vaſalli ex beneficio dominorum adipiſcuntur, vt in Electoribus Principibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus Imperii, qui cum inueſtitūris iurisdictionem accipiunt, werden mit den Gerichten / Obern und Nidern / ꝛc. belehnet. Vtraque & principalis & beneficiaria iurisdictio eſt aut ſuperior, media, & inferior. *Obrech. de iurisdict. diſp. 6.c.2.in f.*

De

Digitized by Google

De Clauſulis: Mit den Gerichten/ mit Gerichten/ Obriſten vnd Nidrigſten: Ober, Mittel, vnd Nidergerichtsbarkeit/ Item vber Halß vnd Haut/ Schulden vnd Schäden/ Item mit Gericht vnnd Gerechtigkeit/ Malefitziſcher vnnd fraißlicher Obrigkeit/ allen Gebotten vnd Verbotten/ Item/ mit Peinlichen Gericht vber Haut vnd Haar/ dann vber Gult vnd Schuld/ nichts außgenommen oder außgeſcheiden. Id eſt, *Conceſſa omni iurisdictione, vel cum omni ſeu omnimoda iurisdictione*. Vide *Andr. Knichen de pactis inueſtitur. lib. 2. c. 1. per tot.*

Clauſula: Vor allen Gerichten zu erſcheinen: propter generalitatem nimiam non ſufficit ad oſtendendam renunciationem priuilegii fori: cum tantum de competentibus intelligenda ſit. Ita accidit in cauſa Knoringen contra Dauid Juden. *Noe Meurer in Proceſſ. Camer. p. 9. in fin.* De verbo Gericht vide *VVeſem. conſil. 95. n. 30. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 1. de iuſtices. numer. 24. & 18.*

Gericht oder Legegelt.

Vide *infra lit. L. verb.* Legegelt.

Gerichtszwang vnd Bande.

Hæc verba, Gerichtszwang vnd Bande/ ſimpliciter prolata, non omnem iurisdictionem important. Gylman. *tom. 1. p. 1. Symphorem. tit. 9. fol. 223. n. 45.* Couarruu. *in pr. q. 3. c. 1. n. 9. vſq. ad fi.* vbi illud examinat, & circumſtantiis, Iudicisque arbitrio committit.

Weſembeccius tamen verba: Mit den Gerichten: de omnimoda iurisdictione interpretatur, licet in aliis terminis. *conſil. 95. à n. 19. ad fin. conſil.* Ibi enim ex immemoriali præſcriptione variorum actuum meri Imperii, & ſic à poſteriori declarat verbum Gericht/ poſitum in den Lehenbrieffen/ ſeu conceſsionibus feudalibus, maxime quia nullus alius in exercitio aliorum actuum iurisdictionis fuerat, quod hic ſecus. Quamquam & Gylmannus *tom. 2. p. 1. Symphorem. fol. 22. n. 4.* & Meichſn. *tom. 3.*

Digitized by Google

deciſ.33.n.113.fol.1027. verba hæc: Gericht vnd Recht/oder/mit Gericht vnd Recht belehnet/ vix aliter, quam de omnimoda iurisdictione intelligi poſſe, adſerant.

Geſambte Hand/ Gemein vnnd Sambtlehen/ Sambtbelehnung.

Simultanea inueſtitura, Geſambte Hand / ſamptliche Belehnung/ iure communi feudali plane incognita, ſolaque vſurpantium conſuetudine diuturna obtinuit, ex mutuo paciſcentium conſenſu initium capiens. *Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 20. n. 4. Vult. 1. de feud. 7. n. 54. f. 189. inf.* Vt enim iure feudali in feudo nouo inter collaterales non ſucceditur. *Vult. 1. de feud. 9. n. 104. f. 527. Moz. de diuiſ. feud. n. 56.* etiamſi illi, puta duo fratres vel plures in vna inueſtitura feudum ſimul adquiſierint. *c. 1. §. filia. de ſucceſſ. feud. Vult. d. n. 104.* & in feudo antiquo tantum ſiue paterno collateralium ſucceſsio locum habeat. *Vult. ib. f. 526. Coler. deciſ. 52. n. 1.* Ita etiam Saxonico iure nulla ſucceſsio collateralis in feudis agnoſcitur. Lehenrecht. *c. 6. c. 21. & c. 35.* Quod autem iure feudali *in c. 1. §. ſin autem. qui feud. dare poſſ. & c. 1. § f. de feu. March. & c. 1. de duob. fratr. à capit. inueſt.* de fratribus ſimul inueſtitis, eorumque ſucceſsione mutua ex pacto dicitur, id ad eum caſum ſolum pertinet, quo vterque fratrum quamprimum poſſeſsionem rei feudalis pro indiuiſo adeptus, atque adeo proprie inueſtitus eſt. Quare illa iuris communis feudalis inueſtitura ſimultanea per ſe ſola ius ſuccedendi non tribuit. *dd. textib. Mynſing. reſponſ. 29. n. 6. Piſtor. conſil. 8. n. 3. & conſ. 23. n. 5. vol. 1. Caſtrenſ. conſ. 262. vol 2. Goden. conſ. 16. n. 19.* niſi hoc expreſſe fuerit dictum in inueſtitura, fratrem fratri poſſe & debere ſuccedere. *d. c. 1. §. ſi duo fratres. de feud. Marchiæ.* vbi text. ait: *Si duo fratres ſimul inueſtiti fuerint de beneficio nouo, & non de paterno: ſi vnus eorum ſine deſcendentibus maſculini ſexus mortuus fuerit, dominus ſuccedit, & non frater: niſi pactū fuerit in inueſtitura, quod frater fratri ſuccedat.* atque ita de facto conſultus reſpondit *Mynſ. d. reſp. 29.* & ſecundum hoc in Camera deciſum eſſe Anno 1558. teſtatur *Fichard. conſ. 6. n. 1.*

Iure

Iure autem Saxon. non modo in nouo, ſed & in antiquo feudo ſucceſsio collateralis nulla eſt. *Lehenrecht c.32. Coler. d. deciſ.52.n.2. Schurff. conſ.99. cent.1.* niſi in ſimultanea inueſtitura permanſerint, tametſi à primo adquirente deſcendentes. *Hart. Piſt. 2.q.20.n.19. Fachſ. diff.29.* (adeo, vt filii, qui feudum inter ſe diuiſere, & ſic communioni renunciarunt, vno defuncto in illa portione non ſuccedant, ſed ad dominum reuertatur. *d.c.32. Lehnrecht.* Filiis enim coniunctim & indiuiſim ius quæſitum eſt, adeo vt mortuo vno ſine filiis ſuperſtes ſuccedat etiam non petita inueſtitura. *addit. ad d.c.32. Schrader. de feud. p.6.c.1. n.18. tom.1.f.106.* quia ſimultanea inueſtitura ſeparatim & per ſe, vt & poſt initam diuiſionem non competit. *Kæpp. q.47.n.8. Piſtor. d.q.20. nu.33. p.2. & Mod. Piſt. conſ.40.n.34.*) vel niſi pacto & conſuetudine aliud ſit quæſitum. Pacto enim caueri poteſt, vt collaterales ſibi inuicem in feudo ſuccedant. *c.1. §. fin autem. qui feud. dare poſſ. ibi: niſi hoc nominatim. c.f. de feud. ſucceſſ. Roland. à Valle conſ.60.n.1. vol.1.* Quo pertinet cautela Gailii *2. obſ.151.n.4.* vbi dicit: *In nouo feudo primus adquirens circumſpectus eſſe debet, vt frater aut alius collateralis ſimul inueſtiatur, vt fiat ſimultanea inueſtitura*, daß ſie mit belehnet werden/vnd die geſambte Hand haben.

Hincque eſt, quod iure Saxon. non ſuccedunt proximiores agnati etiam in feudo antiquo, vt dixi, niſi ſint ſimultanee inueſtiti, & ſic agnatus collateralis non ſuccedit ex iure defuncti, ſed ex ſimultanea inueſtitura, nicht auß Krafft der Erbſchafft/ oder angeborner Sippſchafft/ ſondern allein auß Macht deß Gedings vnd geſambten Lehen. *d. obſ.51.n.5. Schurff. conſ.59. nu.3. cent.2. Henning. conſ.22.* Ergo quod iure feudali non erat, hodie de conſuetudine ex pactionibus eo redactum eſt, vt collaterales et in feudo ſuccedere queant: dum in inueſtituris ſimultanee in geſambt ad mutuam ſucceſsionem vocantur. Als: Belehnen H. mit Zubehuff R. & S. ſeiner Brüder: Oder/als der älteſte mit Behuff oder Zubehuff N. N. & N. Simultanea etenim inueſtitura ſola fons eſt & ſcaturigo ſuccedendi in feudo de iure Saxon. ita, vt per eam ſolam ſucceſsiones feudi de iſto iure regulentur, nulla

prorſus ratione habita agnationis etiam quoad proximitatem ſeu prærogatiuam graduum obſeruandam: nam ſimultanea inueſtitura plures copulatiue & coniunctim vocat. *Coler. d. deciſ. 32. n. 5.* Fallitur ergo Zaſius, Saxon. iuris imperitus. *conſil. 18. n. 11. vol. 2.* quia iure Saxon. in feudis non habet locum gradus prærogatiua inter plures vaſallos ſimultanee inueſtitos, excepta patris & filii ſucceſſione. Hinc ſi ex ſimultanee veſtitis vnus ſine filiis moritur, ſuperſtites æqualiter ſuccedunt. Secus ſi ex quatuor ſimultanee inueſtitis duo decederent, primus relictis quinque liberis, ſecundus ſine filiis: tunc enim illius primi relicti quinque filii, ſuccedunt tantum iure repræſentationis, & eam conſequuntur portionem, quam ipſorum pater, ſi ſuperuixiſſet, habuiſſet. Hinc eſt, quod ſimultanee inueſtiti etiam remotiores cum aliis viritim ſuccedunt: proprio ſiquidem iure veniunt ex pacto der geſambten Hand / ob quam ſuccedunt Krafft ſambtlicher Belehnung / vt docet praxis quotidiana. *Kapp. q. 47. n. 14.* Pfeil *conſ. 70. n. 6. cent. 1. VVeſembec. conſ. 41. n. 89. lib. 1.* niſi eſſent vocati nach rechter Sipzahl. Interdum enim gradus prærogatiua locum habet etiam in ſimultanea inueſtitura, 1. quando clauſula hæc in inueſtitura addita eſt nach rechter Sipzahl / quæ facit, vt proximior in gradu remotiorem excludat, ſaluo tamen iure repræſentationis. Nam fratris liberi cum fratre ſuccedunt patruo iure repræſentationis, licet vocentur nach rechter Sipzahl / quia ſimultanea inueſtitura non tam ſua, quam liberorum cauſa quæritur. *arg. l. pactum. de probat. Coler. d. lo. nu. 19.*

2. Quando conſuetudine ita eſt receptum, quemadmodum de Thuringia teſtatur Coler. *d. loc. n. 16.* quod ſcilicet die Sambtbelehnung nach rechter Sipzahl / h. e. ſecundum prærogatiuam gradus intelligatur, vt pronunciat Scabinatus Ienenſis. Quod ſi conueſtiti nominatim vocantur, heredes autem eorum collectiue, der Mannlichen Leibs Lehens Erben / tunc hi mortuo patre, eius partem capiunt. Quilibet enim conueſtitorum proprio marte ſimultaneam inueſtituram conſequitur, & proinde ius reale ipſi obuenit, vt non ſecus cenſeatur, ac ſi ex tunc ſucceſſio obue-

Digitized by Google

obueniſſet. Cautela itaque eſt, eueniente caſu, ne conueſtiti deſcendentes nominibus exprimantur, quando ſimultaneum fiduciæ exhibetur obſequium, alioqui ipſis conciliatur fiducialis portio, *Knichen 2 inueſt.c.1 n.79.*

Sunt autem conueſtiti, intuitu primi adquirentis, inſtar deſcendentium: qui tamen renouare inueſtituram eueniente caſu tenentur, müſſen dem Lehen / ſo offt das zu fall kompt / rechte folge thun/ licet non ſit poſſeſſor feudi. *Zobel.p.3. diff.19. nu. 33.* ſo offt ein newer Lehnherr oder Lehnmann vorhanden. *Kapp. q.47. n.5. Hart.Piſt.d.q.20.n.31.* adeo, vt hoc negligentes feudo priuentur: cum intra annum & diem renouatio inueſtituræ peti debeat. *Non.Elect.Auguſt.p 2 Conſt.45.* §. Gleicher Geſtalt. vbi etiam iuramentum fidelitatis requiritur, alias licet diuiſione inter fratres abſque domini conſenſu inita non ſtatim feudo cadant: tamen ſi vnus moritur, portio eius quam diuiſione nactus eſt, domino cedit, propterea quod frater viuo fratre neglexit ſimultaneam inueſtituram, per quam ſibi & ſuis prouidere potuiſſet. Lehenrecht *d. articul.32.* Torgaw. Außſchreiben *fol.24.* vbi dicitur: Vermöge Landüblichen Sächſiſchen Rechten iſt zwiſchen den Agnaten vnnd Schwertmagen ſeythalben inn den Lehengütern kein andere Succeſſion oder Lehensfolge / dann was man durch die ſambtliche Belehnung vnd geſambte Hand vberkompt/ welcher ein jeder Agnat für ſich ſelbſt folge thun/ vnd hiedurch die Succeſſion vnd Lehnsfolge proprio facto erlangen muß. Daß alſo die proprietet deß Worts/ Erben/(in inueſtituris poſitum,) in vnſern Landen nach dem Iure Saxon. vnd nach der Geſambten Hand Gelegenheit / bey der Agnaten Lehensfolge keine Krafft noch Wirckung hat / vnd wenig in Acht zu nemmen. *d.f.24.* Cum enim Iure Sax. collaterales non niſi ex pacto der Sambtbelehnung ſuccedunt: merito excluduntur, ſi non ſatisfecerunt nec obſeruaruntius der geſambten Hand / in tantum, vt mora purgari nequeat. *Schrader.p.6.c.6.n.9.t.1.* maxime ſi doloſa negligentia ſit, quare ſententia declaratoria opus eſt. *Piſtor.q.18.n.6.p.2.*

Si feudum conceditur duobus vel pluribus diuerſæ lineæ

Digitized by Google

& familiæ, & cuilibet in ſolidum, **in geſambt vnnd jederm inſonderheit/ vnd dero mannlichen Leibs Lehens Erben**/ an vna linea deficiente altera ſuccedat, an vero ad dominum redeat? Vide Knichen *1. de inueſtitur. 1. n. 125.* vbi *n. 147.* dicit, quod ſuperſtes familia hoc caſu ſuccedat. *Peregrin. conſ. 30. n. 13.* maxime ſi expreſse conuenit, vt interdum fieri ſolet, **nemlich/ daß es zu einem rechten Sambt Mann Lehen verliehen / darinnen vorberührte belehnte vnnd deroſelben Mann Leib Lehns Erben / alldieweil dern vorhanden ſeyn/ jmmer einer dem andern ſuccediren ſollen.** Clauſula enim, **in Geſambt**/ coniunctionem omnimodam & indiuiduitatem importat. *Rauden ſ. d. conſ. 18. n. 121.* Hinc iure Sax. duobus ſimultanee veſtitis, & feudum indiuiſum poſsidentibus, ſi vnus ſine maſculis moritur, alter in portione ſuccedit, nec huius reſpectu inueſtituram petere tenetur, vt ſupra dixi. Si vero diuiſerunt feudum, quia per diuiſionem rumpitur vinculum communionis, ius mutuo ſuccedendi expirat. *VVeſembec. conſ. 82. n. 10. & ſeqq.* modo diuiſio hereditaria ſit **ein Erb- vnd Grundtheilung**/ ſecus in ſeparatione ſimplici, **in ſchlechter Sonderung/ wann nicht erbliche vnd ſonderliche Abtheilung geſchehen.** *Coler. deciſ. 56. n. 4.* idcirco niſi ſimultanea inueſtitura poſt diuiſionem denuo intra annum & diem ab iis, qui **geſambte Hand gehabt**/ petita, & à Domino conceſſa fuerit, pars deficiens ad dominum redit. *Schrader. p. 7. c. 1. n. 38. tom. 1. f. 162.* adeo, vt dominis nolentibus ſimultaneam inueſtituram vaſalli recuperare nequeant. *Knichen 1. inueſtit. 3. nu. 78.* licet Nou. El. Auguſt. *p. 2. c. 45.* diſponat, vt dominus omnino **die Sambtbelehnung** renouet. Solet autem **die Sambtbelehnung** vt plurimum peti & obtineri, viuo adhuc & ſimul petente poſſeſſore, vnde: **Wir haben auch auß ſonderbaren Gnaden / vnnd genannter von N. N. vnterthäniger Bitte ſambtlichen mit jhnen dero Vettern N. N. belehnet**/ quod ſi negatur, domino feudum cedit defuncto poſſeſſore, nec licet demum poſt mortem poſſeſſoris **die geſambte Hand** renouare & petere. *Pfeil. d. conſ. 72. n. 6.* **Lehenrecht** *art. 55. Knich. 1. inueſt. 1. n. 231.* & multi Domini in euentum ſibi proſpiciunt, **Trüge ſichs auch zu/ daß eines**

jedern

jedern deß N. oder M. Mannliche Leibs Lehns Erben Todes verfahren/ auff den Fall ſoll das Lehengut an den vberbleibenden Lehens Erben fallen vnd kommen.

Quod ſi hoc caſu feudum fuerit oppignoratum vel in alium translatum ſub pacto de reluendo, defuncto vaſallo oppignorante ſine filiis vel agnatis, feudo apertó dominus non tenetur extraneis heredibus ad reluitionem, quia non ſunt ſimultanee inueſtiti. *d. art. 55.* Lehenrecht. *vbi gl. n. 12. Knich. 1. inueſt. 1. nu. 232.* Simultanea inueſtitura quomodo probetur teſtibus ? vide *Menoch. conſil. 906. n. 80. lib. 10. verſ. nam reſpondetur.* Inter alios ſimultaneæ inueſtituræ effectus & hic eſt, quod feudum ſimultaneum ein geſambt Lehen/ ob bannum domino non cedat nec aperiatur, quia initio beneficio inueſtituræ, ſpeciali conuentione etiam agnatis ius quæſitum eſt, quod ſcilicet pariter & ſimul inueſtitura nominati comprehenſique ſunt, weil ſie mit belehnet worden/ vnd die geſambte Hand haben. *Gail. 2. pac. publ. 13. num. 3.* Immo & illud dubium non eſt, vigore ſimultaneæ inueſtituræ, vermög der geſambten Hand/ tutelam deferri iis, qui vaſallo impuberi ratione ſucceſsionis feudalis ſunt proximiores, etſi ſanguine non ſint ipſi iuncti. *Schrader. de feud. part. 10. c. 19. n. 49. & ſeqq.* quod & iure Saxonum obtinet. Lehenrecht *c. 26. §.* Der Herr iſt ja. *ibi;* Dieweil er das angefelle vnverliehen/ ꝛc. Vide de hoc *Treutle. lib. 2. diſp. 8. th. 3. lit. B.*

Patet itaque, ſimultaneam inueſtituram, vulgo die Geſambte Hand oder Mitbelehnung nihil eſſe aliud, quam actum quendam, quo dominus feudi cum conſenſu noui poſſeſſoris feudi vnum vel plures, ſcientes ac volentes, de feudo inueſtit, ita, vt tam proprie inueſtitus & ſucceſſor, quam ſimultanee inueſtiti id ſimul habeant, & ſibi inuicem in eo ſuccedant. Vide *Hartm. Piſtor. d. lib. 2. p. 2. q. 20. in prin.*

Geſante.

Geſante/ Legati Principum inferiorum ſi arreſtentur, aut alias iniuria afficiantur, non ideo ſtatim ſine clauſula vff die vier Fälle mandatur, ſed opus eſt quadam cauſæ cognitione. Ideo dene-

Digitized by Google

denegatum mandatum in cauſa Bubenhofen / qui fuit legatus Marchionis Badenſis ad Comitiſſam à Limpurg, & fuit in Gülch arreſtatus, contra Limpurg & Gülch / fuit demandatum in Maio Anno 1591. Si tamen Princeps ratione legati ſupplicaſſet ſuper arreſtis, fuiſſent proceſſus decreti. *Gylman. tom. 3. Symphorem fol. 174.*

Geſchlecht.

Vide *infra lit. H. verb.* Hauß.

Geſchwiſtre.

Verbum, Geſchwiſtre / ex communi vſu loquendi tam maſculos quam fœminas, h. e. & fratres ſororesque comprehendit. Sed an hæc verba in inueſtitura poſita: Euch vnnd euwern Geſchwiſterden / ſorores etiam contineant, adque feudum vocent? Vide Sichard. *conſil. feudal. 7. n. 1. 15 16. 19.* vbi id negat, & ad ſolos fratres reſtringit, cum more noſtro loquendi etiam fratres Geſchwiſterden inter ſe adpellari conſueuerint.

Geſchworne Brüder.

Moribus noſtris adoptio quædam vſitata eſt etiam in fratre, ſed eius iure noſtro nullus eſt effectus. *l. 3. Cod. de hered. inſtit. Theſſaur. deciſ. 113.* licet cum iudicio facta ad amorem fraternum ſæpe non parum proſit: eoque nomine à maioribus noſtris fuit diligentiſsime obſeruata. Tacitus. quod hodie Heluetiis & Saxonibus adhuc ſacrum eſt; vff Brüderſchafft trincken. Vide *Geil. in obſeruationibus.*

Getreydig.

Frumentum, Getreydig / id eſſe Gallus ICtus ſcribit, quod ariſta ſe teneat. Frumentum à frumine dictum, quod ex eo panis confici, & per frumen in ventrem demitti ſoleat: eſt fruges, quæ emiſsis ariſtis, quibus quaſi aculeis à morſu minorum auiũ defen-

defenditur, creſcendo perficitur & ſecatur. *Cicero de Senectute. Plin. lib. 18. c. 7.* cuiusmodi eſt triticum, hordeum, olyra, ſpelta, briza, far, ador, vicia, auena. *Plin. d. c. 7.* Stricte tamen pro tritico vſurpatur vocabulum frumenti, quod vulgo vocamus Weitzen.

Non tamen continet fœnum, *l. 1. §. de rei opere. de aq. plu. arc.* nec oryzam, Reiß/ in Germania: quod ſecus in Italia videtur, vbi maior oryzæ copia: vt nec hodie ex communi vſu loquendi legumina. *l. qui penum. de penu leg at.* nec farinam, nec panem, teſte experientia.

Gewalt *cum ſignatura.*

Mandata procuratoria Germanis ſunt Vollmachten/ Gewalt der Anwalden vnd Procuratorn.

Copia vero Gewalts cum ſignatura iſt/ wenn einer einen gemeinē Gewalt eingegebē/ in cauſa primi mandati, vñ dann zu mehr Sachen ſich legitimiren ſoll / als in cauſa ſecundi, tertii, quarti vel quinti mandati, muß er in einer jeden Sachen legitimirt ſeyn/ ſo vbergibt er Copiam deß gemeinen Gewalts/ vnnd ſchreibt darunter / Huius mandati originale iſt einkommen inn der erſten Sachen mandati, das heißt man Signaturam.

Sic & alias, So ein Gewalt an allen ſeinen Subſtantialien gnugſam/ auſſerhalb der Ratification prius actorum; Damit nun kein Mangel am Proceß erſcheine/ ſo kan er generalem ratificationem prius actorum fürgeben vnd bitten/ ſolche ad acta vnd vorigen Gewalt zu regiſtriren. Procurator aber ex aduerſo leßt es bey voriger Legitimation bleiben/ mag leiden / daß ermeldter Mangel mit jetziger Ratification erempt werde. *Gylman. tom. 3. Symph. fol. 219.*

Gewehr.

Iure Saxonico ante litis conteſtationem reus ab actore petit guarandam & ſatisdationem pro expenſis & reconuentione, Das iſt/ die Gewehr der angeſtellten Klag/ vnd den Vorſtand der Expenß vnd wider Rechtens/ quam actor præſtare debet actu corporali, in dem Kläger mit handgegebenen Trewen die Gewehr

 de

Digitized by Google

der Klagen angeloben muß. 2. Landrecht 15. & 3. Landrecht 14. & 1. Landrecht 63. Weichbildt *art. 40. & 115. Nouell. Elect. Auguſt p. 1. c. 4.* Effectus guarandæ duplex eſt. 1. Daß/wann die Gewehr der Klage (wie gebräuchlich) geleiſtet/ tunc non licet actori mutare libellum porrectum, aut amplius emendare. *3.* Landrecht *14. &* Weichbild *art. 41. circ. fin.* Licet iure ciuili regulariter vſque ad litis conteſtationem libelli mutatio aut emendatio licita ſit. *Dd. in l. edita. C. de edend. vbi & Bartol. Panorm. in c. 2. n. 24. de libell. oblat. Zaſ. in §. fin. Inſt. de action. Beuſt. ad rubr. de iureiur. n. 80. Coler. p. 4. de proceſſ. executiu. c. f. n. 12.* Immo etiam hodie, cum omiſſa præſtatione guarandæ lis pure conteſtata eſt, mutatio libelli, aut delatio iuramenti, die Klage in das Gewiſſen zu ſchieben / actori non permittitur *Nouell. Elect. Auguſt. p. 1. c. 11.* Pertinet autem hæc guarandæ præſtatio ad cautionem, quam actor etiam de iure communi præſtare cogitur, ſe in lite ad finem vſque permanſurum & perſeueraturum: ideoque in vſu practico fere ab initio inter dilatorias, cum petitione cautionis ſuper expenſis & reconuentione coniungitur. Fit autem hæc præſtatio guarandæ iudici tam præſente quam abſente aduerſario, etiam ipſo ſpecialiter non citato, ore & manu ſtipulata, vel ad baculum Iudicis, an Gerichtsſtab/ & in criminalibus cauſis ad euaginatum gladium, quem iudex præ ſe fert. *2.* Landrecht *15 Nouel. Elect. Auguſ. p. 1. d. c. 4. Konig in proceſſ. c. 8.* nec ſi deiuſſore ad hoc opus eſt. *gl. d. artic 15.* Vide *Zanger. p. 2. de exception. c. 19. n. 24. & ſeq.* 2. Deinde potiſsimus effectus guarandæ eſt euictio, id quod adparet vel ex ipſa guarandæ præſtandæ formula. Cogitur enim actor ſtipulata manu promittere, oder an den Gerichtsſtab / quod reum velit defendere, ſi tertius ratione rei, de qua nunc lis eſt conſtituta, cum velit conuenire, hoc eſt, polliceri euictionem. Dann der Kläger muß dem Beklagten die Klage dermaſſen gewehren / daß er jn gegen andere / die gleicher Sachen halben den Reum conueniren/ oder in Recht ziehen möchten/ vertretten wölle. *2.* Landrecht *15. Coler. differ. 109.* quę guarandæ præſtatio originem ſuam traxit ex cauſis criminalibus ſeu ſanguinis, vt reo caueretur de ſecuritate,

contra

contra agnatos eius qui occiſus eſt, ſi forte vel tranſigatur, vel reus ſolemni iudicio ab inſtituta accuſatione abſoluatur. *gl. 1. in prin. art. 16. incip.* Ein jeglich Mann. *libr. 2.* Landrecht. *& gloſſ. noua. art. 14. incip.* Ob ein Mann. *ad lit. A. inf. lib. 3.* Landrecht. *Schult. in addit. ad d. diff. 109. n. 22.* Eſt autem hæc guarandæ præſtatio neceſſaria in iudiciis ordinariis, & non in proceſſibus executiuis. *Coler. de proceſſ. execut p. 4. c. 3. n. 18. Konig in proceſſ. c. 48. & 61. n. 2. Schulthes d. lo. n. 13. & 29.*

Illud etiam non prætereundum, quod hodie is, qui guarandam frangit, mutato libello, non incidit in pœnas, de quib. *gl.* Weichbild. *ar. 15 Fachſ. 1. diff. 42.* Sed non aliter multetur, quam condemnatione expenſarum. Et, ſicut de iure communi, ita demum admittitur, ſo er die vorige Klage fallen laſſen / vnnd eine newe vorbringen wil: Jedoch / daß er dem Beklagten die Vnkoſten auff Richterliche Mäſſigung zuvor erlege. Atque ita in Curiis Electoralibus & Scabinatibus Saxonicis quotidie pronunciatur. Semper enim vſque ad litis conteſtationem actori mutare ac emendare libellum etiam iure Saxonico licet, refuſis expenſis, & ſic reditur ad ius ciuile. Quinimmo declarare libellum obſcurum licet vſque ad ſententiam definitiuam, non tantum iure ciuili, ſed & Saxonico *Modeſt. Piſtor. illuſt. q. 155. vbi. Schulthes in addition.* Vide præiudicium Camerale apud Gylman. *tom 5. Symphor. relat. 19 fol. 151.* vbi die Gewehr admittitur in cauſa ex Saxonia De euictione rei venditæ vide ſuo loco. Euictio die Gewehr / Erwiedung vnnd Schadloßhaltung eines verkaufften Guts / Iure Saxonico iſt ein Jahr geruhig beſeſſen haben. Coler. *part. 1. proceſſ. executiu. c. 3. n. 108. & differ. 20. n. 8.* vbi ait: Der Verkauffer oder Wehrmann ſoll ſeinen Kauffer gewehren Jahr vnd Tag / welches die rechte Gewehr iſt quibus elapſis non tenetur amplius. Weichbild *art. 30. & 3.* Landrecht *83.* quod in bonis mobilibus procedit. In immobilibus enim 30. anni, annus & dies requiruntur zur Gewehr. *Coler. differ. 27.* idque ideo, quod de iure Saxon. quilibet venditor tam diu debet eſſe guarandator rei venditæ, donec eam emptor præſcribat, & ſic certus demum ſit de iure ſuo: quod fit in re

mobili infra annum & diem, & in immobili intra 31. annos. *Coler.d.lo.n.5.*

Iure Franconico iſt die Euiction Jahr vnnd Tag/Fränckiſch Landebrauch artic.100 wie lang ſich Wehrſchafft erſtrecke. quod in bonis allodialibus in frey eignen Gütern locum obtinet.

Iure ciuili emptor de euictione tenetur vſque ad 30. annos. *l.niſi obligat.l.emti.C.de euict.&c.*

Singulare eſt de iure Saxon. quod Iudæus venditor de euictione non teneatur. *3.*Landrecht *7.*Weichbild *art.fin.in gl & add. Coler.diff.26.Reinhard.p.1.diff.15.* adeoque furtiuam rem ſine pretio reſtituere non tenentur, quod iure noſtro ſecus eſt. *l.2.C.de furt.*

Vor Gewalt iſt man zu wehren nicht ſchuldig. *Dd.in l.fin.C.de action.emti.* de violentia nemo defendere tenetur.

Gewette.

Vide *infra lit.H.verb.* Höchſte Gewette.

Gewin gehet vor Kauff/ vnd Kauff gehet vor Gewin.

Vide *inf.lit.K.verbo* Kauff. *Goddæum in l.facere. 189.n.3.de V.S.Schneidvvein.Inſtit.de locat.l.emtor.Codic.locat. Coler.in differ. Saxon.*

Gewin oder Lehenzettel.

Gewin oder Lehenzettel eſt ſchedula emphyteutica. *Meichſ. tom.3.deciſ.14.n.33.fol.470.*

Gewonheiten gute vnnd böſe.

Statuta & conſuetudines locorum, Heilſame Ordnungen/ gute erbare Gebräuch/vnd redliche wolhergebrachte geübte Gewonheiten ad vnguem ſunt obſeruandæ, & ad literam, quod aiunt, *Dd.& Bar.in l.omnes populi.de iuſt.& iur.Bald.in l.maximum vitium. n.15.*

n.15. C. de liber. præter. Alex. conſil. 32. n. 5. & conſ. 45. n. 3. vol. 7. & conſ. 196. n. 2. li. 6. Et Iudices ſecundum cuiusque Regionis, Ducatus, Comitatus, Ciuitatis aut loci ſingulares conſuetudines & ſtatuta iudicare debent, ne contra faciendo litem faciant ſuam, & in Syndicatu teneantur, darauff auch deß Keyſ. Cammergerichts Adſeſſores ſchweren müſſen. *Auth. iubemus. C. de iudic. Geil. 1. obſeru. 36. n. 12. & 2. obſ. 31. num. 2.* Adſeſſores enim Cameræ Imperialis, quando in numerum Adſeſſorum recipiuntur, in ſpecie iurare tenentur, quod ſecundum Imperii conſtitutiones, ſecundum ius commune, & laudabiles locorum conſuetudines, nach redlichen / erbarn und Landiſchen Ordnungen / Statuten unnd Gewonheiten iudicare velint, prout expreſſe habetur in forma iuramẽti Adſeſſorum. *lib. 1. Ordin. Camer. tit. 57.* quia conſuetudines & ſtatuta locorum pro iure communi habentur in illis locis, in quibus vigent. *Geil. d. lib. 1. obſ. 36. n. 13.*

Eſt enim conſuetudo potentior lege, & legem vincit. Lex eſt regina, vt ait Chryſippus & Martianus I C. *in l. 2. de ll.* Conſuetudo autem eſt Tyrannus, vt ait Pindarus.

Hinc eſt, quod diſtingui ſolent ac debent bonæ, rationabiles & laudabiles conſuetudines à prauis & irrationabilibus.

Redliche und Erbare Gewonheiten / laudabiles conſuetudines dicuntur, quoties ſtatuentes vel obſeruantes exiſtimant, illas eſſe bonas & ſuis moribus conuenientes. Nam id pro ratione eſt, licet iniquitatem aliquam contineat. *Bal. in l. non omnium. de ll. l. 1. §. initium n. 1. de poſtul. facit l. proſpexit. qui & à quib. manumiſ. lib. non fiant. Tiraquell. de vtroq. retract. in præfat. n. 75.* Nam & hic aureum illud locum inuenit: *Iuſtitia nonnunquam abeas in paruis, ſi ſaluam eam velis in magnis.* Habet enim aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod erga ſingulos vtilitate publica rependitur. Id quod in theſibus noſtris pro gradu Aureliis in Gallia defendimus.

Unvernünfftige böſe Gewonheiten / ſunt illaudabiles conſuetudines, quæ citra rationem & æquitatem longo vſu receptæ, ſecundum illud Plauti:

Digitized by Google

Mali mores bonas leges produxerunt iam in poteſtatem ſuam,
Ex miſeria etiam ad parietem ſunt fixa clauis ferreis,
Vbi malos mores effigi nimio fuerat æquius.

Verum mala conſuetudo neque ex longo tempore, neq; ex longa conſuetudine, vſu ſeu obſeruantia confirmari poteſt: nec vim habet conſuetudinis, ſed vſurpatio dicitur & deprauatio, ein böſer Gebrauch *l.1.C.quæ ſit longa conſuetudo. can.conſuetudinem.11.diſt.Stracha de mercatur.tit.de ſponſion.fol.230 n.7.*

Tales conſuetudines malæ ac reprobatæ ſunt prohibitæ, ac abrogatæ, vide P.H.O.*Carol.V.art.218.Frider.Mind.2.proceſſ.57.n.1.Geil.1.obſ 18.Denaiſ.in iure Cameral.fol.134.* qaatum exempla ſunt:

1. Quod alicubi Magiſtratus bona furto vel vi ablata apud furem deprehenſa ſibi retineat, nec vero domino reſtituat. P.H.O.*Caroli V.d.art.218.* Vide *Coler.in c.quod clericis.n.32.de foro compet.Schneidvvein.in §.fin.num.8.Inſt.de obligat.quæ ex delict.* Sublata igitur conſuetudine confiſcandi bona à prædonibus recepta, quidquid prædæ exſtabit, dominis citra detrimentum reſtituitur. Reichsabſchied *de anno 1559.*§. Vnd nach dem.*ar.34.* Vide omnino *Gylman.tom.3.Symphor fol.223.* quo pertinet & illa iuris Saxonici vſurpatio, quod Iudæus venditor de euictione non teneatur, hoc eſt, rem furtiuam apud ſe deprehenſam ſine pretio non reſtituat *3.* Landrecht *7.Coler.differ 26.* Eſſet enim Iudæus melioris conditionis hoc modo, quam Chriſtianus, contra ius commune.*l.2.C.de furtis.*

2. Quod bona naufragio amiſſa Magiſtratus ſibi vendicat, vulgo Strannen. P.H.O. *art.1.12.29.28 & 218.* Geil.*1.obſeru.19.* vbi *n. 6.* in Camera contra huiuſmodi conſuetudines mandata ſine clauſula decreta eſſe. Qua de re eſt bella hiſtoria, quod Regina ſuis rebus naufragis per hanc conſuetudinem ceſſerit Comiti. Cum enim Friderici Comitis Stadenſis auia & mater ex Anglia nauigaret, & in Comitatu Stadenſi naufragio periclitatæ eſſent, ob id ſecundum priſci iuris rigorem tam homines, quam res regiæ ditioni ſunt mancipati, *vt refert Abbas Sta-*

denſis

denſis in Chronico circa annum Chriſti 1112. fol. 123. Spangenberg. in Chronico Querfurt. lib. 2. c. 26. fol. 174. tandem vero ab Henrico V. libertati & nobilitati veluti poſtliminio reſtituti diplomate, cuius nomine Imperatori 40. libras auri obtulit. *Auth. navigium. C. de furt. Geil. 1. obſ. 18. argum. §. fin. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 2. §. fin. ad Legem Rhodiam.*

3. Quod ſi curſu euerſo homo interficiatur, currus, quadriga, & omnia bona, quæ vehuntur, cedant Magiſtratui.

4. Quod carceres pœnæ magis & cruciatus, quam cuſtodiæ gratia habeantur. Vide *ſupra lit. G. verb.* Gefängnuß. Hæ enim conſuetudines abrogatæ ſunt, Daß an viel Gerichten die Gefängnuß nicht zu der Verwahrung/ ſondern mehr Peinigung der Gefangenen vnd Eingelegten zugericht. P. H. O. *d. art. 218.*

5. Daß durch die Obrigkeit etwan leichtlich auch erbare Leuthe vnnd Perſonen ohn vorgehend Berüchtigung / böſen Leumuth vnnd ander gnugſam Anzeigung angegriffen / vnnd inn Gefängnuß bracht werden / vnnd in ſolchem Angriff etwan durch die Obrigkeit geſchwind vnnd vnbedechtlich gehandlet/dadurch der angegriffene an ſeinen Ehren nachtheil erleidet. P. H. O. *d. art. 218.*

6. Quod alicubi ſententiæ vitæ ac necis per carnificem, & non per Iudicem publicantur.

7. Quod alicubi etiam extra crimen læſæ maieſtatis damnatorum bona omnia fiſco adplicantur, liberis innocentiſsimis ad mendicitatem redactis.

8. Daß Bader/Barbierer/Müller/ Leineweber/ Schaffhirten/Hirten/Zöllner/Pfeiffer/Spielleuth/Trummeter/ vnd dergleichen Handwercksleuthe Kinder kein Handwerck lernen mögen/ quod abrogatum durch den Reichs Abſchied zu Augſpurg Anno 1548. §. Von Handwercks Söhnen/ꝛc. *fol. 61.* Policeyordnung *Caroli V. c. 37.* ſublatis omnibus ſtatutis & conſuetudinibus in contrarium. *Mynſ. 4. obſ. 31. vbi Arnold Reiger in addit.*

9. Daß was ein Meiſter oder Handwercksmann auß den Zunfftgenoſſen angefangen/ der ander nicht außmachen dörffe. *l. vn. C. de monopol. Rebuff. ad conſtitut. Gallia, lib. 2. tr. de magiſtr. artif. ar. 4. gl. 2.*

Digitized by Google

gl.2.n.18.& 19.Daniel Moller.2.ſemeſtr.15. Landsordnung Sachſen Coburg.*art.58.* & Policeyordnung *Caroli V.art.31.*

10. Alle Gebräuch/Herkommen/Gefreyete Ordnungen vnd Gewonheiten deß Römiſchen Reichs Policey Ordnung zu wider ſind abgethan/caſſirt vnd annullirt. Reichsabſchied zu Augſpurg. *1548.*§. Vnd nach dem etwan.*fol.71.*

11. Daß in etlichen Stifften allein Edelleuth zu Canonicen auffgeworffen/vnd ſonſt niemand angenommen wirt/ illicita etiam eſt & inefficax conſuetudo. Nulla enim eſt cauſa, cur ignobilis excludi, nobilis vero recipi debeat.*c.pen. vbi Panorm. de præbend.* idque iudicio & autoritate Cameræ adprobatum eſt,*teſte Noe Meurer in proceſſ.p.9 fol.298.inf.* Vide etiam *Tiſmann. de Benign.in Apoſpaſm.*

12. Quod alicubi conſuetudo eſt, daß wann ein Statt-kind/ſo alias iure natiuitatis & originario das StattRecht hat/auſſer der Statt eine zur Ehe nimbt/vnd auſſer der Statt Hochzeit helt/vnd das Beylåger nicht in der Statt verbringt/ſo hat er dadurch Ius Ciuitatis verlohren. Quæ conſuetudo olim fuit Helſenbergæ in patria noſtra, hodie certis de cauſis abrogata, cum meram ſapiat impietatem ac iniuſtitiam. Nullo enim iure legitimæ nuptiæ odium ſponſo ſponſæve concitare poſſunt.

13. Quod in Polonia nobilibus hominem occidentibus certa pecunia cadaueri impoſita, redimere pœnam licuit: quam Stephanus Poloniæ Rex nuper admodum recte ſuſtulit.

14. Quod quibusdam in locis mala conſuetudo excuſet à pœna. Vide *Moller.3.Semeſtr.2. Gabriel.6. commun. opin.tit. de conſuetud.concl.4.n.27.Proſp.Farinac.p.1.tit.de delict.& pœn.q.20.nu.44.& 45.*

15. Quod alicubi, ſi intra fatalia vel Iudicis vel legis citatio in Camera obtenta non reproducatur:& appellatio nihilominus pro non deſerta habeatur. *Ordinat.Camer.p.2.tit.30. Denaiſius in iure Camerali.c.34.§.1.2.& 3.*

16. Quod plurimis in locis ab opificibus aduenis ſolet dari-

Digitized by Google

dari munus atque epulum aduentitium viaticumque. *Denaiſ. c. 206. §. 4.* Reichs Abſchied *de anno 1548. c. 36.*

17. Omnes conſuetudines deß H. Reichs Policeyordnung contrariæ ſublatæ ſunt ac nullæ. Reichs Abſchied *1551. §. 72.* Vnnd nach dem etwan. *Denaiſ. c. 209. §. 13.*

18. Quod nepotes nepteſque auis ſuis in patris matriſve locum cum eorundem fratribus & ſororibus ſimul ſuccedere prohibeantur, quod abrogatum eſt per Reichs Abſchied *anno 1500. c. 19.*

19. Similiter reprobatum eſt, quod fratrum ſororumque liberi cum defunƈti fratribus & ſororibus ſimul ſuccedere in ſtirpes prohibentur. Reichs Abſchied *1521. §. 19.* Nach dem auch. *Gylmau. tom. 3. Symph. fol. 96. & 97.*

20. Vt & hoc abrogatum, quod conſobrini, patrueles, amitini, nullo exiſtente defunƈto proximiore, eius ad ſe delatam hereditatem ab inteſtato, in capita diuidere prohibentur. Reichs Abſchied *de Anno 1529. §. 32.* Item als bißher/ ꝛc.

21. Conſuetudo, qua tempore mortis vſufruƈtuarii bona ad ſucceſſores transferuntur, irrationabilis iudicata dicitur *in cauſa* Heinrichs von Mollendorff *contra* Theodorn *à Menda*, *teſte Gylman. d. tom. 3. fol. 96. in fin.*

Atque hæ 21. ſpecies conſuetudinum irrationabilium, quas notauimus, hodie reprobatæ ſunt ac reƈtiſsime abrogatæ.

Glaid zum Rechten.

Vide *infra lit. S. verb.* Sicher Gleid zum Rechten.

Alias verbum, Glaid/ ſignificationis eſt ambiguæ, maxime in foro. 1. Significat veƈtigal mercium, & gabellam rerum minutarum, & animalium, das klein vnd Marckt Glaid. 2. Aſſecurationem à Principe conceſsam mercatoribus eorumque mercibus, quod vtplurimum fit, cum mercatores ad nundinas eũt, nomina ſua profitendo, pecuniam Gleidgelt ſoluendo, & ſecuritatem accipiendo, Gleid nehmen/ per quod ſecuri tranſeunt territorium illius Principis, qui Gleidliche Obrigkeit habet, & à

quo ſecuritatem nacti ſunt. Derowegen wann das Glaid genommen/vnd in deß Glaidsherrn Land etwas verlohren/oder den Glaidsleuthen abgenommen wirt/ muß es der GlaidsHerr wider erſtatten. Darumb werden die Kauffleuthe in den Meſſen mit lebendigem Glaid durch die Glaidsleuthe beglaidet/ quod ſecus eſſet, ſi via inſolita irent. *Geil. 2. obſ. 64. Vide Coler. deciſ. 189. Mynſing. 5. obſeruat. 70. & 71.*

De pœna fractæ ſecuritatis, Glaidbruchs halben/vide apud *Mynſ. decad. 6. reſp. 52.* Welche Glaidlich Obrigkeit nonnunquam Principes etiam in vicino & alieno territorio habent. Indeque ibidem criminum coercitionem affectant. Eſt autem ſigularis præeminentia die Glaidliche Obrigkeit vff den Landſtraſſen/ als lebendig vnd ſchrifftlich Glaid in communi vel alterius territorio. Si communis, gesambtes Glaid/ domino territorii iure ordinario competit, alteri vero ex cauſa ſingulari. Vide *Geil. 2. obſer. 64.* 3. Saluusconductus maleficis conceſsus, dicitur Glaid/vt innocentiam ſuam docere poſsint. 4. Glaid eſt ſymbolum ſuperioritatis, cum Principes per alterius territorium tranſeunt, vt Electores tenentur coelectores conducere ex aurea bulla. *tit. 1. prin.* vt & alii Status Imperii ſub pœna ibidem expreſſa. Interdum, wann wegen deß Glaids in finibus Strit vorfellt/ daß einer ſo weit/der ander ſo weit die Glaidsgerechtigkeit vorgibt/ cautela eſt, ſi conueniri nequeant Comites, vt Princeps, qui conducitur in prima cohorte ſuos mittit equites, poſtmodum concertatores ſubſequuntur, ita vt actus neutri præiudicet. 5. Glaid dicitur etiam ſalua guardia, quæ prædiis, villis, ædibus affigitur, qualis non modo ſpecialis & localis à Principibus & Iudicibus inferioribus, quam generales ab ipſo Imperatore dantur. *VVeſemb. par. C. de his qui potent.*

Glaubwürdige Formb.

Vide *infra in lit. I. verb.* In glaubwürdiger Form.

Goldgülden.

De monetis, aureis, numis, ſolidis, auri & argenti libra ali-

aliquid certi ſcribere, periculoſum eſt & lubricum. Marius Gratianus Romæ legem rogauit de ludo ſiue ſchola inſtituenda, in qua iuuentus doceretur numos probare, & ab adulterinis cognoſcere ac diſcernere. *Plinius 33.9.* hancque legem ſcribit tam fuiſſe gratam ac iucundam plebi, vt Marium Gratianum ſtatuis ornarit. Ioh. Faber *in §. nos autem. Inſtit. de Attilian. tutor.* indagantem remittit ad Monetales & Campſores, innuens in officinis auri & argenti potius, quam in Iuridicina quærendam deciſionem. Si tamen controuerſia incidit, res ad ICtos ſæpe veluti ad Triarios redire ſolet. Vnde de monetis, deque eorum augmento, diminutione, & valore, &c. ſcripſere doctiſſimi ICti, Albert. Brunus, Laudenſis, Franciſcus Curtius, & Conſil. Papienſ. &c. Res eo redit, vt moneta ſecundum temporum & regionum placita vel morem cenſenda ſit & æſtimanda. *argu. l. ſi ſeruus. 50. §. vlt. de legat. 1.* adeoque hac in re praxis diligenter adnotanda, cum in ſingulis propemodum prouinciis aurei varientur. *Geil. 2. obſ. 39. n. 3.* De re monetaria vide omnino *Denaiſii iur. Camerale. c. 192.*

Libra tripliciter ſumitur, ſecundum Molinæum *de vſur. n. 780.* hoc loco, ſignificat libram numeralem & æſtimationem ſecundum numerum monetalem, quæ non ſemper fuit eadem. *d. lo. n. 744* Tempore Iuſtiniani Imp. 72. ſolidi ſeu aurei efficiebant libram auri. *gl. in §. vlt. inf. Inſtit. de pæn. tem. litig. & in d. § nos autem. verb. ſolidos. Inſt. de Attil. tutor. Geil. 2 obſ. 39. n. 1. & 2. Boer. deciſ. 327. n. 2.* quod ideo ſancitum, quod ſemper tempus minuat monetam, & melior ſit poſteriore prior. Alciatus, Bud. & Port. putant 48. aureos olim feciſſe libram. Hottom. *de aureo Iuſtin. fol. 51.* tantum 50. vult, quos de aureis, quorum in Digeſtis mentio fit, intelligunt. Moribus noſtris in aula Imp. & in Camera, in pœnis irrogandis 72. aurei ſecundum Iuſtinianum libram faciunt. Vide *Budel. de re numar. & monet. lib. 1. c. 22.* aureus autem æſtimatur 21. baciis. Budæus ad 48. coronatos redigit, *ex Couarruv. Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu 72. n. 15. VVurmbſer. 49. obſeru. 11.* Hinc centum marcæ ſeu libræ auri puri conſtituunt 7200. au-

Digitized by Google

reos, hoc eſt, 9600. florenos vſuales, quorum quilibet 15. bacios vel 21. groſſos habet. Quod ſi aurei ſint minoris pretii, redigendi ſunt in ordinem aureorum legalium. Vnde 96. aurei Veneti, Florentini, Genuenſes, Senenſes, &c. libram efficiunt. *Lancell. Gallia in Conſt. Alexandr. verb. ſolidos. in prin. n. 6. Geil. 2. obſer. 39. n. 2.*

Libra Germanis ein Pfund dicitur, interdum idem ſignificat, quod Marca, ein Marck / promiſcue ſiquidem hodie in praxi vſurpatur libra & marca. *Sixtin. de regal. c. 10. n. 36.* Varie autem vſurpatur vocabulum Pfund in hoc ſignificatu. In Franconia, vt & Kittingæ iſt ein Pfund 30. alte Pfenning / & vocatur ein alt Pfund / oder ein Pfund alt gelt. Ein new Pfund aber / vt Herbipoli & alibi in vicinia iſt 30. newe oder 45. alte Pfenning / ſonſten ein Pfund Newgelt genannt.

Ein Landsberger Pfund iſt 34. alte Pfenning. Olim ward ein Landsberger Pfund 30. ₰ vnnd achthalb ſolche Pfund ein Gülden / quod idem eſt, ſi hodie für 34. ₰ ein Landsberger Pfund gerechnet wirt / Dann die 30. Landsberger ₰ vnſer jetzigen 34. thun. Ita reperi in vetuſta redituum patriæ computatione, Anno 1494.

Sunt etiam libræ obulares, Pfund Heller dictæ, quorum vſus, vt olim frequentiſsimus, ita hodie non admodum certus aut notus.

Herbipoli olim iſt ein Pfund Heller geweſen ein Rheyniſcher Gülden / vt hoc colligitur ex literis venditionis domus & fundi Dn. D. Iohannis Kilianſteins, IC. ac viri præſtantiſsimi, adfinis & amici mei colendi, Herbipoli venditi ante 200. annos pro 600. Pfund Heller.

In Chronico Hennebergenſe à Spangenbergio edito plures ſignificationes deß Pfund Hellers reperio, vt varium fuiſſe huius verbi vſum, colligendum ſit. Dicit enim, ſe in Monaſterio Veſſera reperiſſe, dz ein Pfund Heller ſey acht mal 30. (das iſt / 240. ₰, oder 8. gemeine alte Pfund / quibus ſi 12. nummos antiquos addiderit, erit florenus vſitatus ein Gülden.) *d. Chron. ca. 18. fol. 98.* an eim andern Ort ſagt er: Ein Pfund Heller thut dritthalb Floren.

Vnd

Digitized by Google

Vnd wider an eim andern Ort ſagt er: Ein Pfund Heller iſt 15. Albus.

Cruſius *in annalib. Sueuicis par. 3. fol. 381.* talenta Halenſia accipit Pfund Heller.

In der geſchriebenen Würtzburgiſchen Chronica fol. 56. iſt ein Pfund Heller ein Römiſcher Gülden genannt / der gut ſey an der Wehrung / vnd ſchwer am Gewicht. Ibidem alio loco *fol. 36. B.* ſind 18. Pfund Heller ſoviel als 1500. fl. Ergo ibi ſind 12. fl. ein Pfund Heller.

Simler. *in deſcriptione Helueti æ fol. 118. B.* dicit: Ein Pfund Pfenning iſt ſoviel als ein Thaler. Sic Meichſner. *tom. 1. fol. 99. & ſeq.* meminit deß Pfund pfennings / Item eines Pfund Rappens zu Keyſersberg.

Licet igitur valde incerta ac varia ſit horum vocabulorum ſignificatio, quæ pro loco & tempore alia: hinc tamen non male colligitur, appellationem libræ, Pfund / deſignare monetam 30. particularium monetarum, prout mecum ſentit d. Dn. Kilianſtein. Sic appellatio Solidi in Franconia denotat monetam trium particularium monetarum, quo modo & Noribergenſes ſolidum capiunt pro 3. cruciferis. Denn ein Nürnbergiſcher Schilling iſt 3. Reichs Kreutzer. (In Reichs Abſchied *de Anno 1500.* zu Augſpurg *fol. 38. A. cir. fin.* reperio, ein Schilling an Golt / h. e. der 20. Theil eines Rheyniſchen Güldens) In Francken iſt ein Schilling drey Dreyer / oder 9. alt / oder 6. newe Pfenning. Olim iſt zu Würtzburg ein Schilling geweſt 3. newe Pfenning / ſo dieſer Zeit nur ein halben Schilling machen. In Cœnobio noſtro zu Kitzingen iſt von Altens her ein Schilling 3. alt Pfenning geweſt / das iſt / ein Dreyer / deren ſonſt 3. gemeinglich jetzo ein Schilling thun. Item ein Schilling Heller gleichsfalls 3. Heller. vbi nota numerum ternarium. In eodem cœnobio iſt ein Vntz Pfenning 20. alte Pfenning / & ibidem ein Thurnes 6. alt Pfenning. In Chronico Herbipolenſi *fol. 54. B.* wirdt der Thurnes gedacht / ſo auß fein Silber geweſen / vnd einer 12. Pfenning goltẽ.

De Iure Saxonico ſolidus ein Schilling Pfenning continet

12. denarios ſeu numos antiquos, vel ſedecim nouos hodiernos, quorum 12. vnum groſſum, 16. vnum bacionem, 9. vnum ſolidum Franconicum communem efficiunt: quemadmodum 21. groſsi vel 15. baziones vel 28. ſolidi Franconici vnum florenum conſtituunt. Ergo in effectu ſolidus Saxonicus idem eſt, quod bazio, ein Batz oder 4. Kreutzer. Vnde facta computatione 30. ſolidi efficiunt quantitatem 40. groſſorum argenteorum, das iſt/duos viccnos, Zwey alte Schock. *Lipſenſ. deciſ. 20. vol. 1.* Hinc Ioan. Kœppen *q. 5. n. 14.* ſolidum Saxonicum accipit für ein Achtzehner/ qui 18. numis nouis valet, vulgo ein Bawersgroſchen, à Ciuitate Brunſuicenſi cuſi cum ſigno Diuæ Annæ, duos infantes portantis, cum hac inſcriptione: ANNA MATER VIRGIS MARIÆ. Ein alt Schock, cuius mentio facta, iſt in Thuringia, Miſnia & Saxon. &c. 20. Groſchen/h. e. ein Groſchen weniger dann ein Gülden oder Floren/ deren Schocke 24. machen ein Wehrgelt/h. c. 22. ff. 18. gr. *Lipſenſ. deciſ. 6. & 503. vol. 1.* vide *infra ver.* Wehrgelt. quod & ex eo patet, quod ſumma vnius Wergeldi adſcendat vſque ad 18. libras, prout refert text. Landrecht *libr. 3. art. 45. ibi*: Wehrgelt iſt auch/ꝛc. Libra vero eo loci conſtat 20. ſolidis, *vt patet ex gl.* Weichbild. *art. 47. ſuper verb.* Der Burggraff/ꝛc. qui 20. ſolidi efficiunt 26. argenteos, & 8. denarios nouos, idque comprobat vſus quotidianus. *Coler. deciſ. 161. in fin.*

In inferiore Germania 32. ſolidi efficiunt Ioachimicum ſeu Thalerum. Mercatores pro ſolido tres crucigeros computant, quod non ſolum Noribergæ, ſed & Francofurti ad Mœnum in nundinis valere vidimus.

In iure noſtro ſolidus idem eſt quod aureus, & promiſcue vſurpantur, *in §. & iudicare 2. Nou. 15. c. 3. l. ſancimus. 34. C. de donat. c. placuit. 12. q. 3. Geil. 2. obſ. 39. n. 1. VVurmſ. 50. obſ. 11.* quamquam obſoleta fere ſolidi appellatione, aurei vox magis in vſu ſit hodie. Solidus enim, vt dictum, de minuta pecunia apud nos accipitur pro Schilling Pfenning/ quemadmodum & in Gallia *les ſolds*, quorum 60. (olim 45.) coronatum vulgarem, *vn Eſcu de marque*, & 67. vel 66. coronatum in auro, *vn Eſcu ſol, vel Eſcu au*

ſoleil

Digitized by Google

ſoleil (olim 60. ſolidis conſtans) conſtituunt. Quamuis Weſemb. *in addit. ad Schneidvvein. §. alia autem. n. 24. Inſt. de donation.* obſeruatum meminit, hodie aureum Vngaricum pro ſolido vſurpari; quod forte in ſubiecta ibidem materia, vel etiam quoad §. *ſi quis quinq; ſolidos. de pace tenend.* procedit, idque ibidem annotat Schneidwein. *n. 25.* Fuit autem ſolidi ſeu aurei æſtimatio apud diuerſos Imperatores diuerſa, *vt Boce. in tract. de donation. c. 3. nu. 18. ex Hottomanno notat.* Quemadmodum hodie etiamnum aurei in ſingulis propemodum prouinciis variantur, *Geil. 2. obſ. 39. n. 3.* Quare ſi quid conſuetudine vel ſtatuto ea de re determinatum ſit, id obſeruandum eſſe, tradit idem *d. obſ. 39. n. 4.* Doctores diuerſimode aureum ſeu ſolidum explicant, quorum opiniones vide apud Bocer. *d. c. 3. n. 18. & 19.* Quidam, vt iam dixi, pro aureo Vngarico ſumunt. Weſemb. *d. lo. & in paratitl. de donation. nu. 6. & conſ. 26. n. 21.* Quidam pro aureo Rhenano, quod de conſuetudine Germaniæ inueterata, quæ lex eſt nouiſsima, receptum videtur, *vt notat poſt Alexand. & Mynſ. Ioan. Kæppen deciſ. 5. in fi.* (extra tamen caſum furti) *Sixtin. de regalib. cap. 10. n. 40. & ſeq. VVurmſ. 50. obſ. 11.* Quoniam vero pro diuerſa materia diuerſus valor eſt ſolidi ſeu aurei, igitur penitius rem introſpiciamus, diſtinguendo inter diuerſas materias, quibus ſolidus inſeruire ſolet.

In materia *furti* pro quinque ſolidis ſubreptis fur ſuſpenditur. Hic ſolidus vel aureus vulgo accipi ſolet pro aureo Hungarico ſeu ducato, für ein Ducaten oder Vngriſchen Gülden/ prout Nouella Elector. Auguſti *p. 4. c. 32.* ſolidum interpretatur pro aureo Hungarico, vide ibidem *Daniel. Moller. n. 10. & lib. 1. Semeſt. c. 37.* quod practici ſequuntur; *vt teſtatur Goddæus in l. 132. de V. S.* quamquam Peinliche Halßgerichts Ordnung Caroli V. *artic. 106.* pro ſolidis ponat Gülden/ hoc eſt, aureos. Vſus tamen & praxis Vngaricos intelligit.

In materia *donationis inſinuandæ*, quæ ſcilicet 500. ſolidos non accedit, *l. 32. & 35. C. de donat. §. 2. Inſt. eod.* quomodo ſolidus intelligendus, valde variant Dd. Aureum vulgo Hungaricum putant. Vide Geil. *2. obſeruat. 39.* quamuis de legali dicat, quorum

72. li-

Digitized by Google

72. libram conſtituant.) *VVeſ. & Schneid. ad* §. 2 *Inſt. de donat. nu.* 24. niſi aliter conſuetudine vel ſtatuto cautum; quod ſeruandum monet Geil. *d. obſ.* 39. *n.* 4. Computatione tamen hic ad aureos legales facta, & conſuetudine Germaniæ attenta, aureus Rhenanus, ein Rheyniſcher Gülden oder Goltgülden intelligitur. Hinc Vulteius *ad Inſtit. de donat.* dicit: Wann ein Vbergab vber 500. Gülden werth geſchicht/ daß darüber Brieff vnd Sigel bey vnd mit wiſſen der Obrigkeit auffgericht/ vnd ins Statt- oder Gerichts Buch einverleibt werde. alias quod excedit 500. ſolidos pro non donato habetur. *Geil. 2. obſeruat. 5. numer. 8. Dynus in cap. vtile ... de Regulis Iuris.*

In materia reluitionis, ſolutionis, vel annuarum penſionum aureus vel ſolidus in Camera Imperiali iſt ein Rheyniſcher Goltgülden/ *Sixtin. de regalib. c. 10. nu. 39.* Vnnd wirdt gerechnet für fünff Ort eines Güldens/ das iſt/ für 75. Kreutzer/ vnnd werden fünff Ort für ein Goltgülden erkannt. Ita deciſum *in cauſa* Wangen *contra* Hohenembs. *Anno 1579.* den 15. *Iunii*, vnnd *Anno 1589. in cauſa D. B.* Boltzheim & Conſorten/ *contra* Würtenberg. petebatur mandatum ſine clauſula: Daß Würtemberg Goltgülden in Golt/ vermöge einhabender Verſchreibung/ nach beſchehener Auffkündigung erlegen ſoll/ Dux Würtemberg. offerebat pro ſolutione 5. Orth für einen Goltgülden/ qua oblatione Boltzemii non erant contenti, ſed vrgebant ſolutionem aurei in auro, allegantes præiudicium *in cauſa* Heinrich Walters *contra* Jorg Schroders Erben vnd Kinder zu Braunſchweig/ *31. Auguſti Anno 82.* & *in cauſa* Spolin *contra* Eßlingen/ *28. Iunii. 1588.* Sed decretum, daß die begerte Proceß abgeſchlagen/ vnd Supplicanten die Verſchreibung beylegen ſollen. *Tilmann. de Benign. in Apoſpaſm. Cyi. obſ. Camer. pentecoſt, 2. obſ. 15. fol. 69. Gylman. Symph. tom. 3. fol. 144.*

Noribergæ aureus ſeu ſolidus vſurpatur pro Rhenano, einen Rheyniſchen Gülden/ vnd iſt zu Nürnberg ein Gülden Rheyniſch ſo viel als 15. Batzen/ oder 60. Kreutzer in guter grober Müntz/ wirt auch der geſtalt verſtanden daſelbſten in alten Gult/ Zinß/ vnnd Weiſat Entrichtungen. Wann aber inn Golt zu bezahlen etwas ver-

ſchrieben

ſchrieben iſt/ſo bleibt es dabey/vnd wirt das Golt nicht vff Müntz in Golt werth/ſondern allein vff Golt mit Golt zu bezahlen verſtanden/ Es wehre dann dieſe Clauſul vnd Anhang dabey: Oder ſo viel Gelds dafür zu geben. Sonſten iſt ein Gülden Stattwehrung zu Nürnberg 60. Kr. oder 15. Batzen vnnd 20. ₰ darauff. Wiewol es billicher ein Gülden Rheyniſch in Golt/(ſo dieſer Zeit wenig vnnd gar ſchwerlich zu bekommen ſeyn/) vnd 20. Pfennig darauff ſeyn ſollte. *Symph. t. 3. f. 157. 330. Apoſpalm. f. 12. 27. Godd. f. 1198. Mynſ. 1. obſ. 65. VVurmſe. 50. obſ. 11. Niell. f. 178. Sixtin. c. 10.* Reformatio Norica *tit. 23. leg. 3. f. 130. B. & fol. ſeq. A.* & Reformat. Francofurt. ad Mœnum *p. 2. tit. 23 f. 130. §. 8.* ita ſtatuit: Nach dem ſich auch vielmals bey vns zugetragen/ daß in Bezahlung/ ſonderlich aber inn den Widerkäuffen vnnd Ablöſungen/ do die Hauptſumma inn den Brieffen geſtanden auff Goltgülden Franckfurter Wehrung/ zwiſchen den Partheyen Strit vnnd Jrrungen ſolcher Wörter halben/ wie die zu verſtehen ſeyn/ entſtanden/ alſo/ daß ein Parthey gewöllt/ die Bezahlung ſoll mit Goltgülden in Golt geſchehen/ die andere aber/ daß ſie auch in Müntz/ vnd nicht in Golt geſchehen möchte/ von wegen der angehenckten Wort/ Franckfurter Wehrung. Dieweil die gemeine Gülden Wehrung ſonſt allhie iſt/ vier vnd zwantzig Schilling/ oder ſieben vnnd zwantzig Albus/ oder auch an grober Müntz 15. Batzen oder 60. Kreützer für den Gülden gerechnet/ ꝛc. So wollen wir zu Auffhebung ſolcher Jrrung hiemit erklärt haben/ ſo die obgenannte Wörter/ Goltgülden Franckforter Wehrung/ in Verſchreibungen gefunden/ daß allwegen Goltgülden in Golt/ vnd nicht Müntz ſollen verſtanden/ auch bezahlt vnd erlegt werden. Dann allhie zu Franckfort nur zweyerley Gülden ſind/ einer Goltgülden in Golt/ der ander/ Current Gülden in Müntz vnnd Wehrung/ wie obgemelt/ daß alſo die zugeſatzten Wörter/ Franckforter Wehrung/ den vorgehenden Worten/ Goltgülden nichts detrahiren/ ſondern allein vnterſcheiden vnnd erklären/ daß es rechte/ gute/ vnd allhie gangbare vnd genehme Goltgülden/ aber nicht Poſtulet/ Horniſch/ Carols oder andere geringe vnd ſonſt verbottene vnd verſchlagene Goltgülden ſeyn ſollen. Darnach hat man ſich zu richten.

Digitized by Google

Eſt autem frequentiſsima appellatio aureorum Rhenenſium, eaque duplex, propria & abuſiua.

Propria eſt de aureis in auro, vulgo Goltgülden oder Rheyniſche Gülden in golt. Abuſiua eſt de vulgaribus & vſitatis, ſo gülden oder Rheyniſcher Wehrung genannt werden / quorum vnus conſtat 15. bazionibus vel 60. crucigeris. *Mynſ. cent. 5. obſ. 83.*

Notatio hæc & diſtinctio in diſtrictu Rheni vtplurimum locum habet. Primitus etenim Electores Rheni coniunctim aureos numos cudi curarunt, vnde Rheyniſche Goltgülden der Churfürſten bey Rheyn vocati. Exinde de conſuetudine cœperunt aurei Rhenenſes appellari etiam vſuales, Rheyniſche gülden. *Mynſ. d. obſ. 83.*

Alias in materia mutui & vulgaris ſolutionis aureus Gülden pro vſuali accipitur, qui per totam fere Germaniam 60. Kreutzer/vel 15. Batzen/vel 21. Groſchen/vel 28. Schilling/vel 6. Schreckenberger/ vel 42. Knacken/ ꝛc. comprehendit. Hinc in venditionibus, obligationibus, legatis, &c. fere hæc verba ponuntur: N. Gülden Rheyniſcher Wehrung / Fränckiſcher ꝛc. Wehrung/je den Gülden zu 15. Batzen/oder 60. Kr. gerechnet/ ꝛc. niſi aliter pacto cautum eſſet.

Idemque procedit in taxatione expenſarum & ſumtuum iudicialium refuſione, adeo, vt in Camera Imperiali omnino ſecundum florenos & crucigeros vſuales expenſæ computandæ & taxandæ, nach Reichs Müntz / vnnd mit Reichs Kreutzern vnnd Gülden zu rechnen. non attento, quod eo in loco, vbi partes degunt, alia ſit monetæ computatio vſitata. Ita enim per generale Cameræ decretum ſancitum eſt, Daß die Expenß auff Reichs Müntz Gülden vnd Kreutzer gerichtet / oder je in ſpecie, was andere geſatzte Sorten zu Reichs-Müntze angeſchlagen / ertragen/ verzeichnet/vnnd alſo die deſignationes expenſarum exhibirt werden ſollen. *de anno 85. 23. Auguſt. & anno 93. 13. Septembr.* Licet autem in Camera Imperiali in taxatione expenſarum aureum, ein gülden pro 15. bazionibus accipi certum ſit: Hoc tamen fallit in iure Cancellariæ: ibi enim valet 16. Batzen vnd 1. Kreutzer. Idque vulgo

Digitized by Google

vulgo vocant Cantzley Wehrung. Vide *Gylman. tom. 1. Symph. p. 2. t. 10 fol. 310 pr.*

Denique nec Marca prætereunda, quæ cum libra de praxi eſt eadem. *Sixtin. d. c. 10. n. 36. de regalib.* Olim apud Romanos marca ſeu libra argenti puri erat pondus octo vnciarum, quemadmodum alias ratione ponderis marca eſt 8. Untz oder 16. Loth. Libra vero continet duas marcas, h. e. 16. Vncias, ſeu 32. Loth. Hodie libra vel marca pro eodem ſumuntur, & marca argenti puri iſt 8. Untz oder 16. Loth feines oder lötiges Silbers. *Rein. Budel. de monet. lib. 1. c. 8. n. 13. & c. 13.* ſeu octo Ioachimici, 8. Thaler. *Modeſtin. Piſtor. conſ. 13. n. 36. vol. 1. Thoming. deciſ. 19. n. 11.* Quare ſi obligationis formula continet argentum purum, non moneta reddi poteſt, ſed fein oder lötig Silber. Licet enim nullum reperiatur aurum vel argentum, quod non admixti quid habeat. *Molin. de vſur. n. 769. Plin. lib. 33. c. 4. Sixtin. d. c. 10. n. 48. Budæus 3. de aſſe.* Pluris tamen æſtimatur aurum ſeu argentum purum, fein vnnd lötig Silber/ cui nondum acceſsit liga, ein Zuſatz an Schrot vnd Korn/ Gallis *Aloy*, quam moneta cuſa. *Molin. d. lo. n. 791.* Valet autem libra argenti aureis quinque, fünff goltgülden. *Sixtin. de regal. d. c. 10. n. 35.* Sed libra vel marca auri, ein Marck lötigs oder fein goldes/ conſtat 72. aureis, Goltgülden / ſeu 67. Ducatis Hungaricis. Nam duodecim vnciæ faciunt libram: aurei ſex faciunt vnciam: & aureus vnus eſt ſexta pars vnciæ. *ibid.*

Mutatione monetæ facta, an tempus ſolutionis an contractus attendendum? R. Siue mutata ſit moneta in bonitate extrinſeca, hoc eſt, In der Werdirung/ Valvation oder æſtimation/ daß ſie jetzo mehr oder weniger gilt als zuvor / güldiger oder geringſchätziger worden: ſiue intrinſeca, h. e. im Gehalt vnnd Gewicht/ oder Schrot vnd Korn: ſemper ſecundum eam bonitatem facienda eſt ſolutio, quam habuerunt tempore contractus. Vnd ſoll die Zahlung geſchehen inn dem Schrot vnnd Korn/ wie ſie dargegeben oder verſchrieben ſeyn/ prout in Camera de praxi, & in Saxon. receptum. *Geil. 2 obſ. 73. n. 7. Nouel. Elect. Auguſt p. 2. c. 28. Sixtin. de regalib. c. 9. n. 117. fol. 158. Borchold. de feud. ac c. vn. quæ ſint regal.*

gal.n.62. & 58. Mynſ.4.obſ.1.Zaſ.1 ſing.reſp.1.n.25. Teſſaur.deciſ.174.n. *1.Ioan.Kæppen deciſ.1.* vbi vide.

Refert autem plurimum in hac quæſtione à genere ad ſpecies tranſire, præſertim in praxi. Hinc ſi 1000. fl. gelieḫē an guten gantzen vnverſchlagenen / vnverbottenen / vollwichtigen harten Reichsthalern / jeden zu 24. groſchen / den gülden zu 21. groſchen Meichſniſcher Landswehrung / oder einen jeden Thaler zu 18. Batzen / den gülden zu 15. Batzen oder 60. Kr. Fränckiſcher Wehrung: patet expreſſa conuentio, mille mutuatos thaleris, ſed æſtimatis ſeu quolibet pro 24. gr. &c. adnumeratis. Eodem igitur modo ſolutio facienda. Quod ſi thaleri valore aucti vel diminuti? Reſpiciendum eſſe ad tempus contractus, iam diximus, (excepta mora, quæ moroſo noxia) Teſſaur. *d. deciſ. 174.* Sur. d. *deciſ. 227. nu. 2.* vbi & locum reſpiciendum dicit. Mille ergo ſoluendi ſunt thaleris probis, ſed, vt dati, æſtimatis. Abſurda eſt n. illa ſententia ſolutionis tempus ſpectandum eſſe; cum hoc caſu, ſi Miſnici thaleri creſcerent ad valorem Franconicum, debitor hic 50. fl. plus ſolueret, quam accepiſſet. Solutio enim ita facienda eſt, vt creditori nihil quidquam abſit, nec plus ac ei abeſt, conſequatur. *l. in perpetuum. 61. de ſolut. Ant. Faber de var. numar. debit. ſolut. c. 5. f. 102.* Eaque cauſa fuit, quod in datione mutui de æſtimatione thalerorum conuenerint creditor & debitor, in euentum forte mutandi valoris, quo tantundem reddatur, quantum creditum. *l. 2. §. mutui datio. ſi cert. pet.*

Vt enim decreſcente valore thalerorum debitor imminutionem refundere tenetur: Ita æquum eſt, vt & incrementum deducat. Non tam enim corpus pecuniæ, quàm valor inſpiciendus. *l. ſi is cui. de ſolution. Cothman. conſ. 36. n. 160.* quod eo certius eſt, quando expreſſe in conuentione dictum, quod ſolutio in eadem moneta & æſtimatione inita facienda. Hinc altera illa opinio, ſolutionis tempus attendens, corruit. Dicunt enim, niſi aliter conuenerit. *Geil. 2. obſ. 73. n. 9.* Als / an vnnd mit guter gangbarer Reichsmüntze / widerumb abzuſtatten vnnd zu bezahlen / hoc ſiquidem caſu in omni etiam minuta moneta ſolui poteſt, ſi mo-

Hoc eſt: Indictio eſt numerus annorum, conſtans ex tribus luſtris, ſeu quindecim annis. Iam anno primo, dicitur indictio prima, ſecundo, ſecunda, tertio, tertia, vſque ad quintum decimum annum, quo quinta decima indictio vocatur. Finito hoc anno decimoquinto, incipiendum eſt rurſus à prima, & denuo numeratur à primo poſt decimumquintum annum, prima, ſecundo, ſecunda, &c. vt iam dictum. Quoties igitur quindecim anni elapſi, toties incipiendum & de nouo numerandum ab vno ad quindecim vſque. Ad cognoſcendum itaque indictionem veram alicuius inſtrumenti, vide quis ſit annus Domini, (hodie habemus 1607. poſt natum Chriſtum) & diuide illos annos Dominicos Arithmetice per quindecim, & adde tres annos, (quia tertia indictione Chriſtus natus eſt, *Iohan. 1.*) & qui numerus infra 15. remanet, eſt indictio. Quod ſi aliquando 15. remanet, indictio erit decimaquinta.

Notandum etiam, quod indictio incipienda ſit & numeranda à menſe Septembri, vt ſi hoc anno 1607. alias indictio fuit 5. poſt finem Septembris incipiat noua, & dicatur 6. indictio, quæ ordinaria eſt anni 1608. Exemplum eſto.

Annus

Annus Chriſti 1607.
Addantur 3. propter dictam tertiam
——— indictionē, in qua natus
Summa erit 1610. Chriſtus, *Ioh.3.*

Iam in 1610, reperio numerum decimumquintum centies & ſepties exſtare, & reſtare adhuc 5. Ergo reſidua quinq; denotant indictionem decimamquintam.

Sic Anno 1608. adde 3. erunt 1611. In 1611. centies & ſepties inſunt 15. & reſtat 6. Erit igitur indictio ſexta der Römer Zinßzahl 6. Anno 1608.

Rückfall.

Vide *ſupra lit. L. verb.* Leibgeding.

Rügen. Rügegeſchrey.

Verbum Rügen/ dupliciter ſumi poteſt.

I. Pro *denunciare*, Rügen/ anklagen/ cuius finis eſt, vt Magiſtratus, Iudex, fiſcus denunciatione audita inquirat, an vera vel falſa ſit denunciatio, Anzeigen die Miſſethat / vnnd ſelbige rügen.

II. Poteſt accipi pro *multare*, Straffen. *Meichſn. tom. 4. deciſ. 10. n. 18.* Ac licet iure communi nemo teneatur denunciare delictum commiſſum, aut committendum reuelare: adeoque ſciens, abſque tamen participatione, ſi non releuat, puniendus non eſt, excepto in crimine læſæ Maieſtatis & parricidii. *Bart. in l. vtrum. ad l. Pompei. de parricid. l. 1. §. occiſorum. 17. de SC. Syllan. Boſſ. in tr. de crim. læſ. Maieſt. n. 47.* De iure tamen Saxonico & conſuetudine multarum regionum eo deuenit, vt occultans nec reuelans Iudici maleficium in pago vel domo admiſſum, wann ers nicht rüget/ punitur. *1.* Landrecht *59.* Weichbild *art. 47. & 1.* Landrecht *2. in fin.* adeo, vt ſi tota communitas ſciens delictum, id non denunciet, ſed doloſe occultet, ipſa multetur 60. ſolidis. *gl. lat. final. ad tex. German. d. art. 2. lib. 1.* Landrecht. quod tamen fallit, ſi nobis ipſis iniuria fiat. Vnicuique enim licet damnum ſibi illatum

Digitized by Google

tum ſubticere, & non conqueri de eo. *1.* Landrecht *62. prin.* vbi dicit text. Ein jeglicher Mann mag ſeinen Schaden wol verſchweigen vnd vngeklagt laſſen. Vide *Modeſtin. Piſtor. illuſt. q. 61. Mynſing. 5. obſ. 40. & ſeq. Gratus reſponſ. 1. lib. 1. Iaſon in l. 4. §. 1. de condic. ob turp. cauſ. Deciſ. Lipſenſ. tom. 1. p. 4. tit. de delict. q. 46. fol. 97. & tom. 2. q. 44. p. 4. f. 163. Coler. deciſ. 205. & de proceſ. executiu. p. 2. n. 112.*

Rügegeſchrey proprie pertinet ad rationem ruralis Marchiæ, der Feldmarckung. *Gylmann. tom. 4. Symphorem. p. 1. vot. 14. num. 352.*

Rutſcherzinß.

Penſiones promobiles, Rutſcherzinß / quæ ab initio ea lege promittuntur ab emphyteutis, vt non facta ſolutione certo & ſtato die, altero die duplicentur, & ſic deinceps ſoluantur duplicatæ vel etiam triplicatæ, &c. *Reinhard. differ. 11. p. 1. Zobel. ingl. lit. B. lib. 1.* Landrecht *art. 54.* Wer ſeine Zinß zu rechter Zeit nit gibt / zweyfach ſoll er jhn geben deß andern Tages / vnd alſo alle Tage / dieweil er dieſelbe vnter jhm hat. *d. art. 54.* Dicuntur autem Rutſcherzinß / forte, weil ſie fortrütſchen / vnnd je länger ſie anſtehen / je mehr vnd gröſſer ſie werden. hoc eſt, quod promoueantur, & quo diutius ſtant, eo maiores fiant. Vide *Moller. ad Conſtit. Elector. Auguſt. p. 2. c. 38. in fi. Coler. deciſ. 24. in fine.*

S.

Sächſiſche Friſt.

TErminus Iure Saxonico probatorius, & alias ſæpe vſitatus, eſt ſpatium 6. hebdomadarum & 3. dierum, 6. Wochen vnd 3. Tage. Vide *1.* Landrecht *62.* Weichbild *art. 76. & 65. ibi:* Vnd mag ein Mann. & vocatur paſſim in vel innerhalb Sächſiſchen Friſt / ꝛc.

Sacrament darauff nehmen.

Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, das Heylig Hochwür-

dig Sacrament deß Altars drauff empfangen / plus eſt, quam ſi apud Iudicem iuraſſet, *Gylman. tom. 4. par. 1. Symph. vot. 38. nu. 31. & 38. fol. 304. Meichſn. tom. 1. deciſ. 18. n. 295.*

Saalbuch.

Saalbücher vnd Vrbarbücher ſunt libri cenſuales ſiue æſtimi, Lehenbücher / ꝛc. *Geil. 2. obſ. 52. n. 24.*

Sambtbelehnung.

Supra Geſambte Hand.

Sambtlich / ſambt vnd ſonders.

Sambtlich. Si omnes Scabini ſambtlich de cauſa cognoſcere debent, eorum iudicium indiuiduum eſt, quia omnes vnum tantum repræſentant Iudicem per verbum Sambtlich. *Meichſner. tom. 2. p. 1. deciſ. 10. n. 6. fol. 941. per l. Magiſtratus. l. Imperator. ad Municipal.*

Verba autem, Sambt vnd ſonders / vnd je einer für alle / important clauſulam firmiſsimam in obligationibus, quæ ſingulos fideiuſſores in vniuerſum, & non in capita obligat. Dann wann der Fall kompt / daß etwan fünff oder ſechß für einen Bürge werden / vnd die fünffe ſterben oder verderben / vnd blieb der ſechſte / ſo ſoluendo iſt / ſo muß er dem Creditori das gantze debitum bezahlen. Alias ſi hæc clauſula abeſſet, nihil magis quam ſuam portionem deberet. *Tilman. de Benign. in Apoſpaſm. Cur. penteceſt. 5. obſ. Camer. 30. fol. 125. Gylman. tom. 3. Symphorem. fol. 76.*

Clauſula etiam hæc: Commiſſarien ſambt vnd ſonders verordnet / ꝛc. in commiſſione poſita in omnium Commiſſariorum nominatorum perſonas dirigitur: ſed cui procurator voluerit, mittet commiſſionem exequendam. *Gylmann. dict. tom. tertio, fol. 81.*

Verbum Sambt / h. e. *vnà*, coniungit ſequentia cum immediate præcedentibus, & talis eſt huius vocabuli natura, vt magis extrema coniungat, inter quæ eſt poſita, quam ſi eſſet

copula,

Digitized by Google

copula, *vt tradit Bartol. in l. Gallus. §. & quidem recte. vbi & Iaſon n. 14. de liber. & poſthum. & probatur in l. ſ. vbi Iaſon etiam notat. C. de impuber.*

Schandmahl.

Schandmahl vocamus mutilationes, ex quibus ſequitur deformitas faciei, v.g. Beyde oder ein Auge auß/ Naſen abe/ Wunden vber die Backen/ oder ſonſten vnter dem Angeſicht/ Ohren abe/ Wunden ſo die Haar vff dem Kopffe nicht wider bedecken. *Konig in proceſſ. Saxon. capit. 138. titul.* Von den Pœnen. *num. 13. Coler. deciſ. 161. num. 54.*

Scharpff Pœnal Mandat:

Scharpff Pœnal Mandat/ in gewöhnlicher Form/ nihil aliud eſt, quam mandatum in communi forma. *Gylman. tom. 1. Sympho. part. 1. fol 213.*

Schatzung.

Vide *ſupra lit. B.* Beede. & *lit. L.* Landſtewer.

Schatzung/ eſt generale quid extraordinarium, idem quod Stewer/ & omne id quod confertur, denotat. *Gylmann. to. 2. Symphorem. p. 2. vot. 15. n. 38. fol. 52.* idemque eſt Schatzung/ quod exactio. *d. lo. n. 12.*

Sic & Stewer generale eſt, quemcunque cenſum & reditum denotans, fere tamen ſumitur pro collecta, quæ quidem vel coacte vel libere, non tamen obligatorie, niſi ex conſenſu & ad tempus confertur. *Raudenſ. reſp. 1. num 384. lib. 2.* ſed non niſi à ſubiectis, nec non ratione bonorum tam allodialium, quam feudalium, & ob id penditur in recognitionem ſuperioritatis, *Schurff. conſil. 59. n. 26. cent. 1. Knichen de iure territor. c. 3. n. 331.* Eſt autem varia, als Beede/ qua de *ſupra lit. B. verb.* Beede. Item Landſtewer/ de qua *lit. L. verb.* Landſtewer. Item gabella cauponaria, quæ potulentorum nomine penditur, Vngelt: acciſa etiam de

cereuiſia, Bierrecht/Bierſtewer/nach den Anlags vnd Stewrregiſtern/oder Einlegregiſtern/ hoc eſt, cataſtro. Vide *Marant. conſ. 93. n. 7. Magon. deciſ. 10. n. 47. & 37. n. 9. R. Flor.*

J Eſt & collectæ generalis indictio vna de reſeruatis Imperatoris, Reichsſtewer/ quæ differt à collecta prouinciali, Landſtewer. Imperialis enim collecta ratione & autoritate ſupremæ iurisdictionis ab ipſo Imperatore pro neceſsitate publica imponitur Statibus ſimpliciter ſub collectatione, eaque taxata, permiſſa, ne à ſubditis vltra ſummam in matricula Imperii deſignatam quidquam exigant. Reichs Abſchied Anno 1547. zu Speyer. 48. zu Augſpurg. 57. zu Regenſpurg. 66. zu Augſp. 76. zu Augſpurg. 82. zu Augſpurg. 94. zu Regenſpurg. *Modeſt. Piſt. conſ. 4. n. 1. vol. 1. Geil. 2. obſ. 53.*

Hæc collecta generalis, Reichsſtewer/ hodie inter munera ordinaria refertur. *Thilm. de Benign. apoſpaſm. prodrom. ſyntag. 2. deciſ. 1. vol. 5. n. 11. f. 183.*

Von der Türckenſtewer aber nemo eſt immunis cuiuscunque ſit ſtatus: eaque ſiue ad menſes, ſiue per æs & libram imponatur, non obſtante vlla præſcriptione, pacto vel priuilegio, à ſubditis etiam pro bonis alibi ſitis, exigitur, *vt patet ex* Reichs Abſchied zu Regenſpurg Anno 1594.

Prouincialis autem Landſtewer/ vt ſupra dictum *lit. L.* à Principibus vigore regalium ſubditis ſuis iure proprio indicitur. Illa igitur magis in modum executionis: hæc vero iure proprio venit. Vnde nec ex illa ad hanc, vt ſpeciem diuerſam ad effectum iuris ſuperioritatis, præciſe valet argumentatio. Sic & econuerſo is, qui de Comitatu quodam, Frey/ geruhiglich/ ohne Stewer inueſtitus, licet à Landſtewer immunitatem recte alleget, ea tamen ipſum ab onere der Reichsſtewer nullo modo eximet, *vt reſpondit Modeſtin. Piſtor. conſil. 4. in princ. nu. 5. & ſeqq. volum. 1.*

Eſt & alia differentia Collectæ. Quædam eſt ordinaria, quæ ſingulis annis pro bonis & poſſeſsionibus ſoluitur: quædam extraordinaria, quæ neceſsitate exiſtente exigitur. Vtraque ratione

Digitized by Google

tione bonorum & patrimonii debetur & indicitur. Hinc & forenſes eam ſoluere tenentur, cum bonis imponatur non perſonis. *Decian.conſ.55.vol.1.n.4.*

Quoties enim expedit Reipubl.aut Principi, indictio ſibi locum vendicat. *Lanar.conſil.4.* quatenus conſuetudo & pactum hanc facultatem tribuit, *Cacheran,conſ.31.n.35.* aut peculiaris veſtitura ab Imperatore ſit conceſsa. *Kæpp.q.32.n.4.& qu.10.per tot.* In conuentibus Prouincialibus, vff Landtagen blande benigneq; tractatur cum Statibus & ſubditis, vt collectas certo interſtitio pendant. *Geil de arreſt.Imper.c.10.n.17.* qua de habentur libri peculiares, Stewer vnd Anſchlagsregiſter/ Item Einlegregiſter. Solet autem fere imponi extraordinaria ſteura, ſi ſubſit timor belli, aut pro filia elocanda vel monachanda. *Ioan.Vinc.de Franc.deciſ.42.n.2.* vel pro ſoluendo ære alieno: quo caſu inferioribus etiam permiſſum eſt collectam indicere. *Geil.2.obſ.52. Cole.p.2. proceſſ executiu.c.3.n.369. Schurff.conſ.59.n.1. cent.1.* Item ſi Dominus ab hoſtibus ſit captus, nec non pro domino vel eius filio milite faciendo, & pro caſtro emendo. *Borel.conſ.40.n.11. &c.* h. e. quoties neceſsitas vrget, vtilitasque publica id depoſcit. *Lanar.dict. conſ.4.*

Quæri hic poteſt, an idem ſit Landbeede quod Landſtewer? quod negat Mynſinger. *decad.11.reſponſ.2.n.15. & reſpon. 1. nu. 102.* Nam licet vocabulum *Exactio* ſit generale, omnes collectas, tam ordinarias, quam extraordinarias comprehendens, hoc nequaquam efficiet vocabulum Landbeede/ etiamſi generale eſſet, vt cum vocabulo Landſtewer concordet, & ſic comprehendat omnem collectam, ſiue petatur, ſiue imperetur; quia quamuis nulla collecta poſsit imperari inuitis, ſed neceſſe ſit ſubditos ad hoc citari: illud non mutabit, quin nihilominus collectarum ſpecies diſtinctæ maneant, ordinariæ ſcilicet & extraordinariæ. Nam fieri poteſt, quod ſubditi conuocentur, & generaliter in ordinariam exactionem ad tempus vel perpetuo conſentiant, & quod caſus ſuperueniat, qui efficiat, quod nouam & extraordinariam exactionem imponere neceſſe ſit, & ad eam impo-

nendam etiam ſubditi citentur, qui poſtmodum poteſt ceſſare, nihilominus priore ordinaria durante.

Ideo illa Theorica, quod ad collectam imponendam ſubditos citare neceſſe ſit, nō faciet omnes collectas vnius eſſe ſpeciei, & quod ideo Landbeede/ quæ precibus impetratur caſu ita exigente, & Landſtewer/quæ de neceſsitate pro Principum dignitate & ſtatu imponitur, vnum & idem ſint. Nec refert, quod rogationes Principum dicantur ſpecies violenta iubendi, habeantq; vim minarum, & quod à Principibus rogetur vel imperetur, ſit idem &c. Nam hoc quoque non confundet collectarum ſpecies, quod omnes ſint eædem, & nulla differentia maneat inter extraordinarias & ordinarias. Nam tali modo confunderentur omnia iura de ordinariis & extraordinariis collectis diſponentia. Proinde nos retinemus diſtinctionem, & dicimus, Landbeede eſſe collectam extraordinariam, & ſpecialem exactionem, quæ imponitur pro vtilitate dominorum in caſu ęris alieni, vel ſimili extraordinarie ſuperuenienti, & non regularem illam ſeu ordinariam, quę Landſtewer vulgo dici ſolet. Sic quoque non mutat ſententiam hanc noſtram, quod collectæ non niſi ex neceſsitate imponantur. Nam poteſt hodie à ſubditis concedi generalis & ordinaria exactio pro exſoluendis debitis, vt illa colligatur frumentis, cereuiſia, vino, aliiſq; rebus ad aliquot annos, vel donec illud debitum vel neceſsitas, propter quam eſt conceſſa, ſit finita; vel etiam generaliter & perpetuo, & tamen poteſt contingere, vt interim illa neceſsitas incidat ſuper priorem, propter quam etiam collectam imponi neceſſe ſit, &c. Quid igitur neceſſitas hac in re poteſt efficere, vt omnes exactiones ſint eædem? Cum certum ſit, omnes exactiones primordialem cauſam præſupponere neceſsitatem, & tamen nihilominus verum manet, exactionum diſtinctas eſſe ſpecies, ordinarias ſcilicet & extraordinarias. Quomodo igitur vocabulum Landbeede cum vocabulo Landſtewer confundi poſſet, cum Landbeede/Meybeede/Herbſtbeede ſint diſtinctę ſpecies exactionum: quare ergo Landſtewer non eſſet etiam diſtincta ſpecies.

Digitized by Google

cies. Hinc ſequitur, quod habens priuilegium immunitatis & exemtionis von der Landbeede/ non etiam ſit immunis der Landſtewer/ & contra. *Mynſ.decad.11.reſp.1.nu.102.Petr.de Vbald.tr.de collect.n.38 §.decimo quaro.Capoll conſ.88.Mynſ.d.decad.11.reſp.2.nu.16.& ſeqq.*

De collectis vide eundem Mynſ.*reſp.1.decad.15.per tot*, vbi interalia hanc quæſtionem tractat: Ob die Ritterſchafft vermög der gemeinen beſchriebenen Rechten mit keiner Stewer oder Schatzunge möge beleget werden/ beſondern derſelben frey ſeyn? quã quæſtionem intelligit von gemeinen Reichs- Kreiß- oder Landſtewren: Nicht aber von Türckenſtewren / noch von der Stewer / welche wegen verſammleten vnd vergattertem Kriegsvolcks in der eyle geſtewret vnd gewehret werden möge. Vide etiam *Geil. 2.obſeruation.52. & 53.*

Collectare eſt actus iuriſdictionalis. *l.reſcripto. §.fin. de muner.* In Franconia wer die vogtheiliche Obrigkeit hat/ dem gebühret die Stewer. Vide *Ioh. Meichſn.tom.1. deciſ.Camer.part.1.deciſ. vlt. fol.850. & ſeqq.* Nam habens iuriſdictionem, dicitur habere ius collectandi. *l Veſem.conſ.45.part.1.* quod procedit niſi alius ſit in poſſeſſione collectandi. *d.deciſ f.856.* facit, quod ius collectandi non tam iuriſdictionis ſit, quam Imperii & regalium. *Granet. conſ.195.n.1.*

Schild/ Helm/ Wappen.

Vide *ſup.lit.H.verb.* Helm vnd Schild.

Schilling.

Vide *ſupra,* Goltgülden.

Schier/ Faſt.

Dictio Schier/Faſt/accipitur pro *quaſi, ferè, quodammodo,* & eſt nota improprietatis & diminutionis. *Bald.in l.fin.n.34.C.de edict.D.Hadr.toll.Iaſon in §.ſed iſta.n.26.& §.praeterea.n.41. de actionib.*

vib. Ideoque veritatem & exiſtentiam denotare non videtur. *Gylman. tom. 4. Symph. p. 1. vot. 40. n. 7. & ſeq. fol. 320.*

Schirmbrieff.

In Iudicio zu Rotweil/wann Beleutung/h. e. citatio per edictum vel publicum proclama, (*ſupra verb.* Beleutung. *lit. B.*) erkannt/auch folgends Anleitung ſeu immiſsio ex primo decreto erfolgt/vnd niemand erſcheinet/wirt darauff erlangte Recht/welches Krafft hat der Immiſſion ex ſecundo decreto, vnnd darüber auch Schirmbrieff an die Obrigkeit gegeben/darunter die Güter gelegen/ welche auch ſolche zu exequiren ſchuldig iſt. Vide *ſupra lit. A. verb.* Anlaid vnd Anleutung. Hoffgerichtsordnung zu Rotweil *part. 2. tit. 13. in fine.*

Schutz- vnnd Schirmbrieff etiam dicuntur protectionis priuilegia, quæ ab Imperatore priuatis etiam perſonis interdum dari conſueuerunt, daß ſie jhre Kinder vnnd Gütere inn der Keyſ. Majeſtet vnd deß Heiligen Reichs Schutz vnnd Schirm ſeyn ſollen/ h. e. quod ipſi, eorum liberi & bona ſub Cæſareæ Maieſtatis & S. R. Imperii defenſione & protectione eſſe debeant. Huiusmodi tamen priuilegia Iuriſdictioni ordinarię nihil derogant, & ſubiectioni mediatæ nullum adferunt præiudicium. *tex. in c. recipimus. de priuileg. Vitalis de Campan. in tract. clauſul. clauſ. quatenus rite & recte. n. 7. fol. 14. Geil. 2. obſ. 54. n. 7.* Cuiusmodi priuilegium protectionis vnd Schutzbrieff ante paucos annos ab Imp. Rodolpho II. Opt. Max. accepit Nobilis Georg. à Kindsberg zum Wernſtein/ pro ſe, vxore, liberis, famulis & ſubditis, de dato 13. Nouembris Anno 1601. Fuerunt & olim priuatæ clientelæ, puta, vnius familiæ à Romulo inſtitutæ, quarum meminit Plutarch. *in vita Romuli.* & Cicero *pro Roſcio Amerino.*

Schirmsverwandten. Schirmsgerechtigkeit. Schutz.

Verba hæc, Schirm vnd Schutz/ius patronatus, protectionis,

Digitized by Google

nis, vel aduocatiæ, non tribuit iuriſdictionem patrono, protectori vel aduocato, Dann Schutz vnd Schirm gibt keine Obrigkeit/ & ideo clientes Schirmsgenoſſen vnnd Schutzverwandten non efficiuntur ſubditi, licet ſe alterius protectioni ſubmittant. Patronus enim & aduocatus nihil aliud eſt, quam defenſor, ein Schirms- vnd Schutzherr/ Vogteyherr. *Zaſ. conſ. 7. n. 6. & 14. vol. 2. Gail. 2. obſ. 54. n. 1. & 2.* Aduocato autem à clientulis annuatim certi quid perſoluitur, zu Schutz oder Verſpruchgelt. *Schurf. conſ. 21. n. 3. cent. 3.* Hinc clientela, Schutz vnnd Schirmsgerechtigkeit/ *Metamorphoſis noſtra Rerumpubl. cap. 18. princip.* Vide infra *verb.* Vogtey.

An autem per nomen Schutzverwandten ſubditi comprehendantur in Conſtitutione der Pfandung/ quæri ſolet? A. in Cameræ iudicio contra B. ſupplicauit pro mandato ſuper conſtitutione pignorationis, & vtraque pars Imperio immediate fuit ſubiecta. B. enim Iudæum quendam (deß A. Schirmsverwandten) protectioni A. addictum cepit, propterea quod dictus Iudæus non impetrata venia ad B. fundos acceſſerat. Requiſiuit ergo A. den B. ſeque obtulit, Iudæum ſuo in pago iudicio ſiſtere. Verum hoc non attento B. Iudæum in carcere detinuit. Quare A. pro mandato ſine clauſula ſupplicauit. Et licet à quibusdam dubitabatur, an conſtitutio der Pfandung tamquam exorbitans, etiam ad Iudæos extendenda ſit, & num ſub nomine ſubditorum etiam comprehenderentur die Schirmsverwandten/ tamen per maiora petitum mandatum decretum eſt. *Schvvanman. obſ. Cameral. 77.*

Schrifftſaſſen.

Vide *ſup. lit. A. verb.* Amptſaſſen.

Schulden. Guter redlicher bekenntlicher Schulden.

Hæc verba, Guter redlicher bekenntlicher Schulden/ licet ge-

neralia ſint, tamen inducunt cauſam debiti. *l. Publia. §. fin. depoſiti. Salicet. in l. 1. n. 6. C. de confeſſ. Alexander conſ. 4. vol. 1. Meichßner. tom. 1. deciſ. 12. n. 4. fol. 196.*

Schutz. Schutzbrieff. Schutzverwandten.

Vide paulo ante, Schirm / ꝛc.

Schwaid / Kloſter vnd Freyhöffe.

In Germania, præſertim in Francia Orientali, Domini villarum & territoriorum, Curias aliquando habent dominicales, vel prædia libera, vulgo Schwaid / Kloſter vnd Freyhöffe / quæ ſub ſe habent alias poſſeſſiones & prædia, curiam dominicalem reſpicientia. Vide *Gemel. p. 11. de feudis. fol. 125.*

Schwäbiſch Banck.

Vide *ſup. lit. F. verb.* Freye Reichsſtätt. *cir. fin.*

Sein / ſeine / ſeines.

Verbum, *Suum*, Sein / eſt æquiuocum de iure, nec ſemper proprietatem & dominium ſignificat. *l. talem. §. 1. de hered. inſtit. l. ſi fraudator. quæ in fraud. creditor. Meichßner. tom. 2. p. 1. deciſ. 9. n. 1. fol. 823.* Alias pronomen, Sein / ſeine / ſeines / non tantum dominium ſignificant, ſed omne illud, in quo quis ius habet, dicitur ſuum. Vnde dicimus in vulgari, vaſallos domini, *ſuos homines*, licet ſint liberi, quia ius aliquod in eis habet. textus eſt *in l. talem. §. ſi quis ita. & ibi Bart. de heredib. inſtit. & in l. nuper. de legat. 3. VVurmſer. obſ. pract. tit. 49. obſ. 12.*

Selbgericht.

Selbgericht vnd Eingriff iſt / quando quis de facto procedit, & facit id, quod iure facere deberet. Vide *Acta* Braunſchweig *contra* Braunſchweig. *fol. 36. & ſeq.* ſuntque facta illicita & nulla, omniqueiure prohibita. Non enim ſingulis concedendum

dum eſt, quod publice per Magiſtratum fieri debet. *l. non eſt ſingulis. de R. I.*

Seſſlehen.

Vide *ſupra lit. H. verb.* Hoſſlehen.

Seſſion.

De Seſſionibus ac dignitate ſedendi in templo aut eundi ante alios, vide *Hartm. Hartman. tit. 49. pract. forenſ. obſ. 4. Tilman. de Benig. in Apoſpaſm. Cur. in pentecoſt. 1. obſ. 24. in fine.*

An mulier nobilis poſſit prohibere mulieri minus nobili, ne aut prima ſedeat in Eccleſia, aut primo loco obferat ad altare. *c. qui prior. 54. vbi P. Peckius n. 3. de R. I. in 6.*

Ratione Seſſionis & honoris competit officium Iudicis, quandoque actio iniuriarum, aut iudicium poſſeſſorium. *Bald. in l. licet cauſam. n. 6. de probat. Felin. ibid. n. 1. per not. in l. ſi duo patroni, de iureiur.*

Statuum Imperii Seſſio & ordo in Comitiis aliisque publicis conuentibus Imperii quæ ſit, vide *Geil. 1. obſ. 21. n. 21. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 5.*

In Comitiis Imperii ſeſe fundant concertantes in nuda ſeſſuræ poſſeſſione vel quaſi, allegando actus hinc inde exercitos. Ex Receſsibus Imperii conſtat, iure familiaritatis ſine præiudicio multorum annorum interiectu contendentium promiſcuam extitiſſe ſeſſuram. Pro roſtris Imperii pendet lis eiusque diremtio. Interea, vt concertationes ſileant, ne ſalus Reipublicæ ſiſtatur, quidam proteſtando ius ſuum conſeruant, quidam vero conueniunt, vt alternatim ſeſſura potiantur. Qui vero nec proteſtatione, nec alterius ſedendi iuribus contenti ſunt, in abſtemiorum caſtra concedunt. Quantum ad Electores Eccleſiaſticos & ſeculares, ſeſſionis quæſtionem determinat Aurea Bulla Caroli IV. §. *3. & 4.* Inter Principes vero diſceptandi nec finis, nec modus, ſiue poſſeſſorium, ſiue petitorium perpendamus, iudicatu difficile eſt, ſiquidem illud hoc colorare ſolent. Et hæc diſceptatio ſingulis fere Comitiis reiterari ſolet,

Digitized by Google

& deſeſſione & ordine concertantes Principes fundamenta deducunt, duplicant, triplicant, &c. quandoque etiam concludunt: ſententia tamen in ſilentiæ caſtra tranſit.

Conſuetudo in Seſsionibus plurimum habet momenti. *c.cum olim.de conſuetud.* Vide *Auream Bullam Caroli IV.*

Sicher Glaid zum Rechten.

Vide *ſupra* Glaid.

Moribus noſtris duplex eſt ſecuritas Sicher Glaid. 1. eſt tacita quædam ſecuritas, vt ſi noua nupta Principis in ipſius aulam ſolemniter inducitur, bey Fürſtlichen Heimführungen der Braut/ malefactores currui Principiſſæ inhærentes, ſine periurii noxa ſecuritatem mereantur, quibus interceſſu Principiſſæ, quatenus ob delicti qualitatem fieri poteſt, gratia conceditur. Princeps enim poteſt in honorem domus ſuæ vel ob publ. lætitiam, aut ratione noui aduentus, famæ reſtituere, bannitos vel in exilium miſſos, nec non pœnas delictorum remittere. *Rol. à Valle conſ.4.n.58.vol.3.Fran.Mart.deciſ.18.p.1.* Si vero res ſit mali exempli, ſequenti die coguntur ſolum vertere.

2. Expreſſa eſt ſecuritas, quæ indulgetur, vt malefactor prætenſam ſuam innocentiam & tuitionem iure euincat, Glaid zu Außführung gerümbter Vnſchuld/ quæ tamen non facile permittitur, niſi ex præuia inquiſitione liquet probabiliter delinquentem innocentiam docere poſſe. Deinde conceditur malefactoribus fugitiuis, vel temporarie relegatis, quam Princeps ſola voluntate indulgere poteſt *l.4.inf. de pœnis.* eius violatores crimen læſæ maieſtatis incurrunt *l.1.pr.ad l. Iul. Maieſt. Caſtr. conſ.424.vol.1.n.9.* tempore tamen relegationi præfixo nondum elapſo. Nam ita relegatus tempore elapſo, alias licite ad ſuos redire poteſt. *l.33.de pœn.Surd.conſ.88.n.8. & deciſ.244. nu.12.* ſiue perpetuo. Vtroque tamen caſu reſtitutus de nouo iuramentum ſecuritatis die Landhuldigung Pflicht/ pſtare obſtringitur.

In Camera non datur ſaluus conductus ab Adſeſſoribus, niſi in caſibus, quando ipſa Ordinatio dat zum Rechten/ h. e. ad ventilandam cauſam ſuam in Iudicio Cameræ: ſed quando Iudex

dex functus eſt officio ſuo, non amplius poteſt parti dare ſaluum conductum. Item nec quando quis punitus eſſet, propter contumaciam forte. Nam non dabitur ei ſaluus conductus: ſed ſi velit ſe componere cum aduerſario in hoc conſentiente, vel ſe purgare, ad hoc poteſt ſaluumconductum impetrare. Vide die alte Cammergerichtsordnung/ *qua Spiræ impreſſa fol. 43. Gylman. tom. 3. Symphorem. fol. 310.* Bannitis in Camera etiam non datur ſaluus conductus, ſed per Procuratorem agere debent & poſſunt, *vt dixi ſup. lit. A. verb.* Acht.

Si ſecuritas data zu Recht vnd vor vnrechter Gewalt / an in carcerem inſuper coniici poſsit, & puniri reus in iudicio confeſſus? Affirm. Dan. Moller. *2. ſemeſtr. 1. inf.* atque ita Lipſiæ iudicatum refert. Vide de ſaluo conductu Coler. *de proceſſ. execut. p. 4. c. 1. n. 203. & deciſ. 108. & 165.* vbi & hoc addit: Ein jede Citation bringt das Glaid mit ſich vff dem Rücken. de cuius explicatione Moller. *2. ſemeſtr. 1. n. 2.*

Hinc citati ad aliã forte cauſam ciuilem, ſi compareant, etſi conſtet, eos eſſe reos capitalis criminis, tamquam ſaluum conductum habentes, non detineri, ſingulariter notat Farinac. *in prax. crim. lib. 1. tit. 4. q. 29.* contra quam ſentiunt Dd. allegati *ibid. n. 1.* vbi & 10. limitationes ponit, in quibus ſaluus conductus effectum non habet. Alias aut non concedendam ſecuritatem, aut conceſſam ſeruandam æquius verius eſt. *Bruckman. §. ſoluta poteſtas. c. 4. memb. 2. effect. 5. n. 28. & ſeqq.* quia in ſpeciem contractus tranſiit, ex quo etiam Princeps efficaciter obligatur. *Fachineus 9. controu. 60. & 69. Lud. Peguer. deciſ. crim. 39. n. 8. Coler. deciſ. 145.* Securitas conceſſa marito ad vxorem quoque extenditur. *Schrader. de feud. part. 9. c. 3. n. 5.*

Nota: Per communicationem ſalui conductus & ſecuritatis communicatæ delinquenti (vel ab ipſis agnatis, vel eum ipſorum conſenſu) à Iudice, cauſam criminalem fieri ciuilem. *Coler. deciſ. 22. n. 7.*

Signatur.

Copia, Gewalt cum ſignatura iſt/ wann einer einen Gewalt

Digitized by Google

eingeben/ in cauſa primi mandati, vnnd dann in mehr Sachen ſich legitimiren ſoll/ als in cauſa 2.3.4.5. mandati, muß er in einer jeden Sachen legitimirt ſeyn / ſo vbergibt er Copiam deß gemeinen Gewalts/ vnd ſchreibt darunter/ Huius mandati originale iſt einkommen in der erſten Sachen Mandati, das heiſt man ſignaturam.

Signiren.

In Camera Imperiali zu Speyer Pedelli officium Signiren eſt, quod pedellus exhibita producta ſeu ſcripta excipit, lectorique ad ſignandum (h.e vt diem, menſem & annum exhibitionis annotet, id enim *ſignare*, ſigniren vocatur) tradit, quo facto copiam vnam, quia in duplo ſcripta producuntur, parti aduerſæ exhibet, altera ad acta regiſtratur, Vide *Schvvanman. lib. 1. proceſ. Camer. c. 34. n. 19.*

Sipzahl.

Vide *ſupra lit. N. verb.* Nach rechter Sipzahl.

Solang.

Solang/ vide *ſupra lit. B. verb.* Biß ſolang.

Sollen.

Wann in Abſchieden ſtehet: Sie ſollen verfallen ſeyn: ſo iſt's ein participium futuri temporis, quod non importat canonem latæ ſententiæ, ſed ferendæ, *gl. in l. iubemus. §. œconomus. verb. iubetur. vbi Bart. Bald. & Dd. C. de SS. Eccleſ. gloſſ. Bart. Bald. Angel. P. de Caſtro, &c. in l. in criminali. Cod. de iuriſdict. omn. iudic. Iaſon in l. rem quæ nobis. de adq. poſſeſſ. vbi hanc communem eſſe Dd. opinionem adſerit. Mynſ. decad. 11. reſp. 3. n. 5.*

Eſt tamen verbum, Sollen/ *debere*, huius efficaciæ, ſi in ſententia ponitur, vt non arbitrium, ſed præciſam & abſolutam neceſsitatem præ ſe ferat, *c. 1. de dolo & contum. vbi Abbas l. Paullus. de re iudic. vbi Dd. Felin. in c. inter cætera. col. 6. de reſcript. gl. in l. ſæpe.*

vbi

Digitized by Google

vbi Bart. de offic. præſid. plene Bart. in l. creditores. de pignor. Bald. in c. 1. apud quem controu. feud. determ. Tilman. de Benign. in Apoſpaſm. Cyr. in teſtam. feud. reſp. 2. n. 160. & eſt obligatorium ac imperatiuum. *Gylmann. tom. 1. Symphorem. p. 1. fol. 135. numer. 196. & tom. 4. p. 1. fol. 172. num. 21.*

Sonderlich.

Clauſula: **Vnd ſonderlich / ꝛc.** in priuilegiis poſita habet vim derogatoriæ generalis. *Gylman. tom. 1. Symphorem. p. 2. titul. 11. vot. 2. num. 11.* Vide *infra lit. V. verb.* **Vnd ſonderlich.**

Alias verbum, **Sonderlich**/ h. e. *præſertim*, vtrinque caſum comprehendit, tam quoad totum, quam quoad partem. *gl. in l. quod ſi minor. §. reſtitutio. de minorib. Zabarell. in c. grauis. num. 9. ibi: addit. de ſentent. excomm. Gylmann. tom. 4. Symphorem. p. 1. fol. 177. num. 68.*

Sonſten aber.

Particula aduerſatiua, **Sonſten aber** / ſui natura diuerſum à priori infert. *Gylman. tom. 4. Symphorem. p. 1. vot. 14. nu. 204. f. 109.* Proprietas enim horum verborum, **Sonſt aber / Item Sonſten anders**/ reſeruationem inducunt, & eius ſunt naturæ, vt contineant diſpoſitionem contrariam diſpoſitioni de præſenti. *dict. vot. 14. n. 52.* quia ſequentia declarant & reſtringunt præcedentia. *l. ſi ſeruus pluribus. §. vlt. de leg. 1. l. ſi cum fundum. de verbo. obligat.* Ideo virtute horum verborum, **Sonſten aber** / præcedentia intelliguntur, reſtringuntur & declarantur. *ibid. n. 59.*

Söhne.

Vide *ſupra lit. K. verb.* **Kinder.** *l. 56. de V. S. vbi Gæddæus fol. 714. & Virgilius in fine.*

So offt vnnd dicke.

Verba, **So offt vnd dicke**/ *quotieſcunque. quandocunque, &c.* infe-

inferunt liberum animum & liberam voluntatem petentis. *l.1. §.1. de arbitr.* adeoque præſcriptionem impediunt aut interrumpunt. *Mynſ. reſp. 31. decad. 4. n. 14.*

Soviel vnd weß/ꝛc.

Soviel/ hoc verbum excepta iuris diſpoſitione & modo loquendi, habet in latino idiomate ſuas correſpondentes dictiones & voculas, ex propria ſignificatione quantitatem denotantes, vt eſt verbum *quanti, quatenus*, vel *in ea quantitate*. Mynſinger *deciſion. 8. reſponſ. 73. numer. 29.* Vide *infra lit. VV. verb.* Weß.

Soviel wir von Rechts wegen/ oder durch Recht/ daran zu verleihen haben.

Clauſula, Soviel wir von Rechts wegen/ oder durch Recht daran zu verleihen haben/ hoc eſt, *quantum & quatenus de iure concedere poſſumus*, in inueſtitura poſita, teſtatur, quod Princeps concedens aliquid, non velit conceſsiones ſuas intelligi in præiudicium cuiusquam. *Meichſner. tom. 3. deciſ. 33. n. 130. fol. 1031.* Nam & ſine adiectione huiusmodi clauſulæ etiam ſummi Principis conceſſio intelligenda eſt ſine præiudicio tertii, etiamſi reſcribat vel concedat cum clauſula, motu proprio. *Bald. in c. ad audientiam. de reſcript.* quem refert & ſequitur *Iaſon in l. ſi quis quemquam. n. 5. ſi quis cautionib. &c. & tradit Io. Baptiſta Vincemala conſil. 1. feudali. n. 115. &c.*

Clauſula enim: *In quantum de Iure fieri poteſt vel debet*. conditionaliter eſt intelligenda, & reddit actum conditionalem, ita, quod ſi de iure actus non debebat vel non poterat concedi aut admitti, habeatur ipſo iure pro non conceſſo vel non admiſſo. *Bart. in l. ambitioſa. n. 32. de decret. ab Ordin. fac. Vital. in tractatu clauſularum. in d. clauſ. ſi & in quantum de iure fieri poteſt. fol. 5.* vbi plures allegat *Gylmann. tom. ſecundo. Symphoremat. p. 1. vot. 1. numer. 17. f. 13.*

Speeu-

Digitized by Google

Speenbrieff.

Vide *ſupra* Entſpeent Gut. *lit. E.*

Speiſen. Zu eſſen geben.

Quamquam ſub verbo victus contineatur tantum id, quod edi ſolet. *l. quos nos §. fin. de V. S.* ac vocula Cibariorum nec cereuiſia nec vinum veniat; vt probatur *per rubric. de alim. & ciba. legat.* Hoc tamen in vernacula noſtra vix obtinere puto, niſi expreſſe diceretur: Er wolle jhm nur die Speiſe geben / vnd keinen Tranck: Oder zu eſſen geben / vnnd nicht zu trincken: Oder ſie ſollen nur den bloſſen Tiſch haben / vnd das Trincken jhnen ſelbſt verſchaffen. Secus, ſi vteretur verbo, Speiſen. Nam tunc ex communi vſu loquendi veniret ſimul etiam potus, das Trincken / quemadmodum etiam ſub appellatione Cibariorum potus venit. *c. in quibus, de conſecrat. diſt. 2 facit l. diuus. verſ. ſed & propter familiæ Cibaria neceſſaria erit diminutio. de petit. hered.* Idemque dicendum eſt de verbis, ein biſſen eſſen / nam & ſub his ex communi loquendi conſuetudine potus continetur, cum cibus ſine potu eſſe nequeat. *l. legatis. l. ſeruo. §. 1. de legat. 1. l. actione depoſiti.*

Spielen.

Vide *ſupra lit. A. verb.* Auff Borge ſpielen.

Sportulæ.

Sportulæ, Einſchreibgelt / Einleggelt / Gerichtsgelt. Vide *Cuiac. in paratitl. C. de Sportul. & lib. 12. obſ. 22. Vulz. in §. omnes autem. 19. numer. 15. 16. & ſequentib. Inſtitut. de actionibus. fol. 772. Briſſon. in Lexico.*

In Camera Sportulæ non dantur Adſeſſoribus, eo quod ex publico à Statibus Imperii ſalarium annuum habeant. *Geil. 1. obſ. 151. n. 7.* Sunt enim Sportulæ idem quod expenſæ neceſſariæ & iudiciales, quæ iudicibus dantur. *§. ne autem. 1. Auth. de Iudicib.* Interdum & illę expenſæ, quæ executoribus dantur, ſportulæ

Digitized by Google

vocantur. *l. 1. C. de ſportulis. &c. Speculat. in tit. de expenſis. § poſtremo, num. 21.*

Wann man beſchloſſene Compromißſachen ad Cameram (vt non raro fieri adſolet) zu decidiren außbracht / muß man dem Collegio Sportulas davon geben. *Ciſner. ad p. 1. tit. 13. Ordin. Camer. in fin fol 99.* Vide *Geil. d. obſ. 151. n. 9.*

Statt.

Vide *infra hic verb.* Stätte. Et de Stattrecht vide *ſupra lit. B. verb.* Burgerrecht.

Stammbücher.

Prudenter faciunt Magnæ familiæ, & Agnati gentiles, & primatiæ nobilitatis viri, quod libros genethliacos Stammbücher conficiant, quibus continua ſerie originem & ſucceſsiones familiarum deſcribi curant. Nam huiusmodi libri, ſi in archiuo familiæ, in loco honeſto, ſi apud bonos viros omni exceptione maiores cuſtodiantur, ſi ipſi de familia librum pro fide dignum habeant, plene propter antiquitatem probant. *c. ad audientiam. de præſcript. Geil. 2. obſ. 49. n. 7. Mynſ. 5. obſ. 79.* Et ita pro huiusmodi libro genethliaco iudicatum eſſe, refert *Geil. d. lo. nu. 8. Anno 1558. in cauſa* Haller *contra* Brandenburg.

Stammgüter.

Bona, quæ Maiorum noſtrorum fuerunt, Stammgüter dicuntur. *l. ſi in emtionem. ibi: quod maiorum eius fuiſſet. de minoribus.*

Maiores autem dicuntur proprie, qui à Tritauo ſupra ſunt: parentes vocamus, qui ſunt vſq; ad Tritauũ. *l. ICtus. §. parẽtes. de gradib. ſucceſſ. Schurff. conſil. 100. cent. 1. nu. 8. & 9.* Sic vocamus feudum paternum, vſque ad quartum gradum aſcendentem. Atque hinc eſt, quod regulariter Stammgüter dicuntur, quæ à progenitoribus noſtris in nos deuenerunt, non obſtante, quod fortaſsis iam immediate talia bona per viam ſucceſsionis ad me

ſint deuoluta per fratrem. Sufficit enim quod bona fuerint olim communium parentum, non retardante, quicquid dicat gl. *art. 32. lib. 1.* Landrecht. vbi diſtinguit, an bona à parente ad nos ſint deuoluta, an vero à fratre. *Coler. deciſ. 15. n. 10.*

Standt deß Reichs.

Stände deß Heyligen Römiſchen Reichs / Reichsſtände/ Stände/ ſunt, qui habent ſuis in territoriis merum & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem, & ſic ipſum Imperatorem in ſuis territoriis repræſentant. *Gylman. tom. 1. Symphor. part. 1. fol. 239. n. 18.* quique Imperium immediate recognoſcunt, & cum omnibus ſuis qualitatibus, priuilegiis & iuribus Imperii ſtationem & ſeſsionem in conuentu Imperiali obtinét, ſoli Cæſari ſubditi, nec alium ſuperiorem agnoſcentes. *Geil. de arreſ. Imper. c. 6. n. 25.* vbi quatenus procedat, declarat. Tales Status ſunt, Imperator, Rex Romanorum, Electores & Principes, Eccleſiaſtici & ſeculares, Abbates, Prælati, Comites, Barones, &c. vt & liberæ Ciuitates, die Freyen Reichsſtätte. *Idem Geil. 1. obſ. 21. n. 2. & 2. obſ. 57. n. 7.*

Diuiduntur autem Status Imperii in decem circulos ſeu prouincias, vulgo Kraiſe/ Auſtriacum, Bauaricum, Sueuicum, Francicum, Rhenenſem ſuperiorem, Electoralem, Burgundicum, Weſtphalicum, Saxonicum ſuperiorem & inferiorem, *per* Reichsabſchied zu Cölln *Anno* 1512.

In Comitiis vero, ſi quid circulariter deliberandum concluditur, in ſex tantum contrahuntur, vt & in præſentatione Cameræ. *Ordinat. part. 1. tit. 2.*

In genere ſtatus ſunt Eccleſiaſtici aut ſeculares, ius ſiquidem regaliorum ſeculare tam Eccleſiaſticis, quam politicis competit, adeoque Eccleſiaſtici ratione feudi imperio ſubiiciuntur, & ex Conſtit. fractæ pacis &c. condemnari poſſunt. *Geil. 1. obſ. 30. n. 1. & 1. pac. publ. 1. n. 13. & c. 8. n. 6 Goden. conſil. 30. nu. 16.* vt enim iuriſdictio ſpiritualis & temporalis ſimul ab iis exercecur.

tur. *Thomat. de collect. c. 5. nu. 2. f. 277.* ita iisdem regaliis, quibus Principes ſeculares gaudent. *Mol. Piſtor. conſ. 49. vol. 2. n. 3.* & veſtiuntur mit aller Weltligkeit oder Weltlichen Obrigkeit. *Geil. de pign. Imp. c 7. n. 1.* quę cauſa eſt, quod ab Eccleſiaſticis etiam ad Cameram vel Imperatorem appellatur. *Geil. 2. obſ. 30. nu. 2. Surd. conſ. 275. Cacheran. conſ. 5. n. 15.* In quibusdam tamen differunt. 1. Licet Capitulum habeat ius electionis, regalia tamen electus ab Imperatore obtinere, ac homagium præſtare debet; deſuper cum Pontifice etiam conueniendo. *Choppin. de doman. lib. 2. tom. 10. n. 7.* 2. Seculares ſucceſſores habent feuda ac plene adminiſtrant: Eccleſiaſtici nudi diſpenſatores ſunt, & fructuarii, olim Pflegere dicti. *Choppin. lib. 3. t. 13. n. 7. Grauet. conſil. 404. numer. 14. & ſeq. tom. 3.*

In Comitiis Imperii ſunt tres Status, Electorum, Principum, (ſub quibus comprehenduntur Marchiones, Landgrauii, Burggrauii & Comites, quorum aliqui Principibus ęquipollent, Gefürſte Graffen/ vt Mümpelgard / Schwartzenburg / Arnberg/ vel ſimpliciter Comites, quibus æquipollent Barones, & quidam ex nobilitate Rhenana & Francica, nulli imperio ſubiecta) & Ciuitatum. Imperator vel Cæſar proponit, Status iudicant. Hi tres Status, poſtquam coniunctim audiuere propoſitionem, ſeorſim in diſtinctis locis conueniunt, & de propoſitis conſultant. Conſultatione habita conueniunt, & Electores ſuam ſententiam aperiunt, quæ ſi Principibus & Ciuitatib. placet, eam adprobant: ſin minus, ſuas quoque ſententias indicant. Hæc tria conſilia vel ipſa inter ſe conueniunt, vel ab Imperatore aut ipſius Commiſſariis in concordiam reducuntur, vel omnia rurſus perſonis certis Statuum deliberanda & conſultanda committuntur.

Interdum in Comitiis de criminibus agitur, & vltimo ſupplicio in facinoroſos animaduertitur. Vide *ſupra verba,* Reichsſtätt/ Freye Reichsſtätt/ Graffen/ Herrſchafft.

Standgelt.

Vide *ſupra lit. B. verb.* Bodenzinß.

Steckbrieffe.

Ad inſtantiam creditorum ſolet Imperator diplomata, *literas patentes* vocant, Offne Patenten/ oder Keyſerliche Befehlich/ contra latitantes & fugitiuos debitores concedere, vt vbique locorum in Imperio per Magiſtratum prehendi & iuri ſiſti poſsint, daß ſie auff Recht allenthalben im H. Römiſchen Reich angehalten werden mögen. *Geil. de pignorat. Imper. obſ. 1. n. 8.* quia qui vbique habitat, nuſquam habitat. *l. cum qui. §. ſi quis domicilio. ad Municipal.* & ideo vbique forum ſortitur, & paſſim in Imperio ſiſti ac conueniri poteſt. *l. dies cautioni. §. prætor ait. de damn. infect. Bart. Alex. & alii ibid. Panorm. in c. fin. n. 3. de for. compet. gl. in l. 1. verb. reperiuntur. C. vbi de crimin. agi oport. Pyrrhus ad conſuetud. Aurel. rubr. de executíon. inſtrum. cap. 12. & tit. de executíon. ex locat. c. 7.* Sic etiam contra latitantes & fugitiuos facinoroſos ſolent dari Steckbrieffe/ ad Magiſtratum vbi delinquens degit, vt vel impendiis Magiſtratus delicti, vel quorum intereſt, meritas luat pœnas, præſtita cautione ſuper refuſione expenſarum & ſumptuum litis, qua negata, negatur quoque proceſſus. Namque ſumtus ad inſtituendum ordinandumq; proceſſum iudex originis, vel vbi prehenditur delinquens, impendere non tenetur, cum ibi nihil admiſerit, ſed iudex remiſsionem petens. *arg. l. mulier. 6. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Franc. Marc. deciſ. 400. num. 9. p. 1.* Vide *Andream Knichen in tractat. de ſublim. territor. iure. capit. 3. num. 427.*

Steckling.

Vide *infra lit. T. verb.* Trünnig.

Stein.

Vide *ſupra lit. G. verb.* Grentze.

Stätte.

Vocabulum, Stätte/ tam de iure communi, quam de conſuetu-

ſuetudinẽ varias habet ſignificationes, diuerſimodeque accipi ſolet.

Interdum enim ſumitur pro communione ſeu multitudine hominum, & ciuilis quædam ſocietas dicitur, non ſolum viuendi, ſed & bene viuendi. *Vacon. à Vacuna in declaration. iur. declar.21.n.11.lib.1. & declarat.35.n.10.lib.2.* Hinc Iulius Cæſar *libr. 6.de bello Gallico* ciuitatem vſurpat pro ſocietate hominum, qui in vno agro & tractu habitant, iisdemque legibus & inſtitutis reguntur. Non raro etiam refertur ad ipſum Senatum, Conſules, regentes & adminiſtratores, qui plerumque ciuitatem repræſentant *gl.in rubr.C.quæ ſit longa conſuetudo. & in l aliud.§.refertur.de Reg. iur.Franc.Marc.q.782. n.4.p.1. Ioh. de Plat. rubr. C.de conſulib.lib.12.faciunt notata Zaſii in l.ciuitas.n.56.in verb.tunc ciuitas eſt excuſata,intellige, regentes ſi cert.pet.* Hieronym.de Tort.*in conſilio ſuo,quod eſt annexum conſiliis Antonii de Butrio. n.11.* vbi dicit: Factum ab ipſis prioribus repræſentantibus ciuitatem, cenſetur factum ab ipſa ciuitate. Nonnumquam dirigitur ad muros, mœnia ac domos, è lapidibus & lignis conſtructas, ſicut & Eccleſia vulgo vocatur, ſtructura ſimili materia congeſta; cum tamen reuera ciuitas conſtet hominum moribus, & eccleſia ſit animorum in vera religione conſenſus. Vide *Spigel. in Lexico, verb.Ciuitas Zaſium & Oldendorpium in l.2.de origine iuris.*

Von Reichsſtätten vide *ſupra lit. F. verb.* Freye Reichsſtätte.

Vom Stattrecht vide *ſupra lit.B.verb.* Burgerrecht.

Stewer.

Vide *ſupra hic verb.* Schatzung/Beede/Landſtewer/2c.

Stock vnd Halßeiſen.

Signa hæc, Stock vnd Halßeiſen/ an merum & mixtum probent imperium? Vide *Gylman.tom.2.Symphor.p.3.tit.9.nu.24. fol.236.*

Sühnegelt.

Vide *ſupra lit. M. verb.* Mangelt. quod idem eſt ac Sühnegelt. An & quatenus de iure ciuili ac Saxonico tranſigere liceat de homicidio, vide in vtramque partem late *Nicol. Reuſner. deciſ. 20. Coler. deciſ. 159.* ac has compoſitiones quottidie fieri, vſus docet, & teſtatur *Petrei. theſ. crim. concluſ. n. 152.* & pecuniam, quæ datur filiis vel agnatis occiſi, vindictam adpellari, Man- oder Sühnegelt/ vulgo eſt notum.

Hoc notandum: Sicut de iure Saxonico ad vindicandam necem defuncti proximus agnatus tenetur, ita vt vlteriores agere non valeant, niſi ipſo tardante & hereditatẽ omittere volente. *Reuſner. d. deciſ. 20. n. 18. & ſeqq.* (licet hanc pœnam, vt non vindicans necem defuncti hereditate eiusdem indignus cenſeatur, penitus ab aula receſſiſſe, & vſu non ſeruari dicat *Clarus §. fin. q. 79. n. 8.*) Ita eodem iure pecuniam illam, das Mangelt/ ille tantum recipit, qui egit, reliquis excluſis. *Zobel. p. 4. differ. 32.* Itaque ſi fœmina, maſculis agnatis omittentibus egerit, puta ſoror vel cognata, illa etiam hanc pecuniam recipiet. *Zobel. d. loc. Dan. Moller. ad Nouell. Elect. Auguſti. p. 4. c. 11. n. 5.* Nam mulierem etiam ratione propinquitatis ſi reliqui ceſſent, tranſigere poſſe, etiam de iure ciuili verius eſt, *vt late poſt Gomez. Plat. Foller. Boſſ. & alios probant Cuno 1. de pact. 10. nu. 27. Reuſner. deciſ. 19. per tot. Harprecht. ad tit. Inſtit. de public. iudic. §. 1. n. 13. & ſeqq.* Atque in genere talis tranſactio etiam abſque magiſtratus aſſenſu facta, ius deinceps accuſandi perimit tranſigenti, & inſtantiam cœptam perimit. *Reuſn. d. deciſ. 20. n. 17.* alias ſi ex officio Magiſtratus procedat, vnd der Richter für ſich klagt/ quod etiam in delictis, dolo maxime admiſsis, facere debet, tunc ei hoc totum, quod de tranſactione hactenus diximus, ſicut & tertio cuiuis, nihil præiudicat. *Delr. de tranſact. numer. 59. & ſeqq. Fachin. 1. controuerſ. 9. argument. l. 2. Codic. de abolition. l. 5. §. vlt. ad l. Iul. de vi publ. Schn. in §. quadrupli. n. 22. Inſtit. de action. Coler. de proceſſib. executiu. part. 2. c. 3. n. 101.* quam communem opinionem recte ad praxin accommodat Clarus *d. q. 58.* diſtinguendo, an ad querelam partis, an ex

officio

officio Iudex procedat. Adde Marant. *p.6.n.76.* (licet Cuiac. *6. obſ.11.* diſſentiat.) Sane ſi ille, ad quem proprie poteſtas agendi ſpectat, transegerit, vt de iure Saxonico proximus agnatus ſuper homicidio, per hoc omnibus aliis via agendi præcluditur. *arg. l. 5. §. eiuſdem. de accuſat. Reinhard. p.1. differ. 46. Farinac. prolixe lib.1. tit.2. q.13. & 14. per tot.* ſaluo tamen, vt ſupra dixi, Iudicis officio, quod etiam tertius inuocare poteſt, non litem ipſam, vt actor, hoc caſu ſuſcipere. [Vide *infra* Vogtey. *n.16*] Itaq; ad pleniorem effectum in eiusmodi transactionibus inprimis eſt neceſſaria auctoritas magiſtratus, *vt notat Iaſon in l.18. C. de tranſac. n.19. per l. 6. § 4. qui not. infam. & l. 17. §. 1. de pact.* maxime de iure Canonico, *vt notat P. Gregor. 28. Syntagm. 2. n. 13.*

An vero transactio cum parte agente facta tantum eo vſque Magiſtratui præiudicet, vt is ex officio procedens non pœnam ſanguinis, ſed aliam mitiorem tali caſu dictare debeat? Quod volunt Bartol. *in d. l. 18. n. 7.* Curtius iun. *ibid n. 29. Cod. de transact.* qui hanc ſententiam communem, & in puncto iuris veriorem dicit: quæ & in regno Caſtellæ paſsim obſeruatur, vt teſtatur Gomez. *c.3. n.55. de pact.* Diſſentit tamen idem Gomez. *d. lo.* recte in contrarium allegans *l. 5. §. 2. ad l. Iul. de vi publ.* hancq; magis communem teſtatur Clarus *d. q. 58.* Farinac. *lib. 1. tit. 1. qu. 4. n. 34.* Ego iuris ratione conſiderata, in leuioribus delictis priori opinioni locum dandum, non ambigo: poſteriori vero in grauioribus & atrocibus, quæ nec apud Deum, nec apud homines excuſationem reperiunt. Atque ita Romæ ſeruatum teſtatur Farinac. *d. lo. n. 34.* & alii quos allegat & ſequitur Baiard. *in addit. ad Clarum d. q. 58. n. 12. in fine, & ſeqq.* Eatenus igitur tantum valebant ſtatuta, quæ paſſim in Italia & alibi repeiuntur, quibus cauetur, vt pace ab offenſo habita mitior pœna imponatur, per iamdicta. (Contrarium vulgo docetur à Dd. qui ea indefinite & valere & ſeruanda eſſe contendunt. *Ganden. de transact. nu. 13. Clar. d. q. 58. verſ. ſed punctus. Gomez. d. c. 3. n. 56. Farinac. d. q. 4. nu. 35.*) Vide cautelas aliquot circa eiusmodi transactiones apud Iaſon. *in d. l. 18. n. 20. C. de transactionib.*

De

De eo, an tractationibus amicabilibus cauſæ criminales fiant ciuiles: Item an & quatenus is, cum quo de crimine transactum eſt, poſſit denuo de crimine inquiri aut puniri: & an tum ordinaria vel alia arbitraria locum habeat: vide *Coler. de proceſſ. executiu. p. 2. c. 3. n. 95. & ſeqq. & deciſ. 22. Schulthes in paratitl. tit. de tranſaction. n. 129. 130. 136. 189. 190.*

An & quatenus transactio circa criminalia permiſſa ſit, vide vltra iam dicta, *Dd. in l. tranſigere. C. de tranſact. Geil. 1. de pace publ. 11. n. 14. cum ſeqq.* Et quod transactiones in criminalibus cum propinquis ſuas habeant limitationes: Vide *Marc. Anton. Blanc. de compromiſſ. inter coniunct. q. 4. per tot.*

Supplicatoria vnd Anruffsbrieffe.

In Iudicio Rotwilano quid ſint ſupplicatoria ſeu Anruffsbrieff/ vide *ſupra lit. A. in verb.* Anruffsbrieffe.

T.

Taxt der Expenß vnd Vnkoſten.

Vide *ſup. lit. E. verb.* Expenß.

Theilungsführe.

